
# DISPERSIO DAEMONVM

QVAE SECVNDA PARS Est Practicę Exorcistarum.

F. VALERII POLIDORI Parauini, Ord. Min. Contentualium, Artium, & Sacrę Theologię Doctoris.

*PROBATISSIMA REMEDIA continens applicanda, ad Maleficia, & Dæmones de Christifidelibus expellendum.*



PATAVII, Apud Paulum Meietum. M.D.LXXXVII.

# PRAEFATIO IN DISPERSIONE DAEMONVM,

quae secunda pars est Practicae Exorcistarum.

F. VALERII POLIDORI
*Patauini, ord. min. conuentualium Artium & Sacræ Theologiæ Doctoris.*

## Quod in mundo Malefici verè sint. CAP. I

QVi Sacræ Scripturæ cursum attenta mentis perscrutatione peregerũt, diuina permissione, Maleficos in mundo verè esse, qui inuocatione Dæmonum, pacto cum ipsis inito tacitè

tuel expreſsè, ſigno ſenſibili interiecto, multa mala faciant, nulli dubium eſſe licere demonſtrabunt; in Sacris enim de his multa extant teſtimonia: Nam primo, poſt quam Zoroaſtres, qui Cham Filius Noe a quibuſdam opinatur, artem hanc execrabilem Dæmones inuocandi peruerſè adinuenit, & talis generis homines crementum habere ceperunt; Pharao ſicut dirttur Exo. 7. cum Moiſes & Aaron, ex uirga, uirtute diuina, colabrum feciſsent, uocauit ſapientes & Maleficos, & fecerũt etiam ipſi per incantationes AEgiptiacas, & arcana quædam ſimiliter; Nabucdonoſor deinde, ut habetur Dan. 2. precepit ut conuocarentur Arioli, & Magi & Malefici & Caldei ut indicarent ipſi ſomnia ſua; De talibus loquitur in furore ſuo dominus dicens; Ne ſit Maleficus, nec incantator, neque Phitones conſulat, neque diuinos, & querat a mortuis ueritatem. Deu. 18. Et alibi; Ero teſtis uelox Maleficis, & adulteris, & periuris. Mal. 3. Sicut alibi dicit; Maleficos non patieris uiuere. Exo. 22. Sunt & alia loca idẽ ſunt manifeſtantia, ſed precipuè Leu. Cap. 19. & 20. Num. 12. 22. & 23. Deu. 18. 1. Reg. 6. & 28. 4. Reg. 17. & 23. 2. Par. 33. Ecc. 12. &

*Inuentor artis magicæ.*

*Maleficos eſſe multorum teſtimonio comprobatur.*

34.Sap.17.Esa.8.19.44. & 47. Hie. 29. Dan.1.Mic.5.Act.8.13.& 16. Sed neque Sanctorum Patrum,de huiusmodi Maleficiorum Existentia, de sunt testimonia, quæ si omnia recensērentur nimis prolixitas traheretur, audiatur itaque tantum Augustinus Lib.18.De ciuit.Dei,Cap.17. Sunt & Scolastici doctores, qui de hoc differant,Lib.4. sententiarum, Distinct. 34.inter quos habetur Scotus ubi supra, Quest. 1.Sed & Canones quamplurimi hanc sentētiam approbant,precipuè autē c. si per sortiarias & maleficas artes,24. q.1.Canonistę quoque,sed precipuè Hostiensis debito loco suæ summæ; Atque ciuiles leges, potissimum autem 9. Lib. Codicis, Rubrica de Maleficis.l.Post cornelią,de sicariis & homicidiis;Tū deniq; Doctores in ciuili, inter quos præsefert Azon in sua summa, Libro, Rubrica, & Lege, vbi supra. Sunt itaque Malefici,& multi sunt, nam creuit eorum, quin etiā & Maleficarum mulierculārum numerus, diebus nostris, ita in immensum, ut eorum abominationibus terra repleatur, & nullus sit, qui talium effectus noxios non agnoscat; Vnde Sancti Patris Gregorii assertum in Moralibus certum relinquitur,

cum dicat; Creuit scientia sanctorum, ita & noxie artes Dæmoniorum. Concludamus itaque verè & realiter Maleficos reperiri.

## Quod à Maleficiis verè & realiter Maleficia fiant. CAP. 2.

*Maleficia fieri deducitur manifestè autoritatibus.*

QVemadmodum Maleficos esse multis, supra autoritatibus ostensum est, ita in presenti ab eisdem Maleficis, verè & realiter Maleficia fieri diuersis autoritatibus est obseruatum; & precipuè sacræ scripturę, ut intelligatur Naum Propheta domini dicens, Cap. 3. Corruent in corporibus suis propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ & gratę, habentis Maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in Maleficiis suis. Extat & Micheæ Prophetæ testimonium dicentis, Cap. 5. Auferam Maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. Sed & de Manasse Rege dicitur, 2. Para. 33. Quod obseruabat somnia, sectabatur auguria, & Maleficis artibus inseruiebat. Idem deinde multi doctores referunt, sed Isidorus precipuè, qui lib. 3. Ethim.

Cap.

Cap. 9. De Maleficis loquitur dicens; Hi Elementa concutiunt, mentes hominũ turbant, & abſque ullo veneni hauſtu, violentia tantum carminis animas interimunt. i. homines necant. Sunt & caſus experientiæ, a diuerſis doctoribus obſeruati, idem apertiſſimè manifeſtantes; inter quos precipui ſunt Beda, Lib. de Geſtis Anglorum; Gulielmus Pariſienſis, lib. de Vniuerſo, ſiue de Apibus; Silueſter Prierius, ilb. de mirabilibus operationibus Strigium & Dæmoniorum; Ioannes Nider, in ſuo Preceptorio, & Fornicario; Henricus Inſtitutor & Iacobus Sprenger, in Maleo Maficarum; Atque Paulus Ghirlandus, in Tractatu de Sortilegiis, qui omnes, multis Hiſtoriis, & exemplis, idem referunt. Quibus omnibus ſupradictis euidẽtiſſime extat edoctum Maleficia multimodè uerè & realitee reperiri, aq́; Maleficis impiiſſime fieri.

*Maleficia fieri experiẽtiis comprobatur.*

## Quod per Maleficia Diabolus humana corpora ingrediatur. CAP. 3.

MVltifariã multiſq́; modis etſi Diabolus homini nocere ſtudeat, nocere tamen eidem dicitur precipuè ma-

*Substantialiter quomodo Diabolus humana corpora penetret.*

signa inhabitatione, in ipsum etiam substantialiter penetrando. Animaduertendum est tamen hoc dupliciter intelligi posse; Vel .s. quod Diabolus Animam penetret, ipsam substantialiter ingrediendo,& sic intelligendo mendacium falsitatis habetur, quoniam non Diabolus,sed solus Deus animam inhabitat, rationaliq; menti illabitur; uel quod corpora humana posfideat substantialiter resfidendo, & sic consonum ueritatis deducitur,nam Diabolus humana corpora sic inhabitat. Diabolum autem humana corpora substantialiter inhabitare contingit dupliciter; Vel primo,permitente Deo, sponte per se ipsum,& non ad alicuius instantiã, talem ingressum affectando, procurando,& optinendo,sicut multis in locis sacrarum litterarum uidere est; Vt 1. Reg. Cap.16.Mat.11.12.15.&17.Mar.1.5.7. &9.Luc.4.8.9.11.& 13. Atque Act. 16. Vel secundo,permittente Deo, Malefico, siue Malefica suis incantationibus ipsum aliciendo,inuocando, & inhabitationem intentam insinuando.Quod uerò ità substantialiter , & ad nutum Maleficorum, Diabolus humana corpora ingrediatur, patet per Henricum Institoris, siue Iacobum

*Maleficorũ nutu, Diabolus humana corpora ingreditur.*

bum Sprenger, qui in Lib. Maleo malef. Parte. 2. Principali 1. Cap. 10 exemplum ſuæ praxis de quodam Bohemo ex oppido Dachouo refert, qui tempore Pontificatus Pii Papæ II. Romam ductus fuerat, ut uiſis Apoſtolorum, aliorumq; plurimorum Sanctorum liminibus, ipſorum meritis, diuina bonitate liberaretur a Dæmone, a quo obſidebatur ad alicuius ceruicoſæ Maleficæ requiſitionem, contra quam obſeſſus de ratione quadam regiminis curiæ aſperrima uerba protulerat. Hęc enim ceruicoſa mulier propterea Maleficium inſtruxerat, & ſub arbore quadam ocultauerat, ſuisq; incantationibus effecerat ut hic a Dęmone obſideretur; Quo impellente, dum obſeſſus Exorcizaretur multum clamans, etiam idiomate linguæ ipſi ignotæ loquebatur; & dum ante Ecclesias tranſiret & Virginem matrem ſalutare proponeret, linguam maximè emitebat inuictus, nam lingua, Collo, Pulmone, ceteriſq; illius utebatur membris Diabolus, cuius etiam ſæuitia in tantum excreuerat, ut obſeſſum uſu rationis priuaret, dum ſacris uacare, ſacraq; uiſitare diſponeret; Diſponente autem domino ab omni uexatione

tandem

randem liber euasit. His itaque iam euidenter constare uidetur quod per Maleficia, diuina permissione assistente, Diabolus substantialiter humana corpora ingrediatur.

## Quomodo cognoscatur an aliqua persona sit à Dæmone, p Maleficio obsessa. CAP. 4.

*Signa duplicia ad obsessum à Dæmone cognoscendum.*

QVemadmodum pseudo Angeli corpora humana dupliciter obsidere norunt, propria.s.malicia eorum suadente,& Malefico inuocante; sic duplicia possunt esse signa obseruanda, ad hoc, uel illud deducendum. Pro primo autem; signa tradita sunt in Præfatione meæ Expulsionis Dæmonum, Cap.9. Pro secundo uerò, signa sunt hoc loco depromenda. Sed antequam ad hoc peragendum descensus fiat, unum animaduertendum necessarium duxi, & est quod sicut semper Dæmones eiusdem naturæ sunt & malitiæ,ita corpora humana,siue propria ipsorum requirente seuitia, sine Maleficorum nequitia, intrantes, prædictos solent effectus producere; Ideo ad obsessionem Diabolicam per Maleficium procu-

ratam

ratam dignoſcendam, etiam ſigna illa ſunt apta, quæ in Præfat. ut ſupra, ſunt diſpoſita. Quo præmiſſo dicitur quod alia ſigna, quæ ualent ad obſeſſum a Dęmonibus, ſubſtantialiter, & per Maleficium, cognoſcendum, duo præcipuè ſunt. Primum eſt in membris exterius; Secundum eſt in partibus corporis interius: Exterius tumor eſt; quia aliquando Maleficiati in omni parte corporis tumeſcere uidentur: Aliquando verò & in omni alio corporis motu feſſi nimis apparent, ita ut etiam ab aliquo motu penitus impediantur; Quemadmodum & per tumorem ſolet euenire; Aliquando autem, ut in pluribus, colorem (in facie precipuè) cedrinum habẽt; Et cruciatus multos in membris omnibus diuerſimode patiuntur. Interius autem ſigna poſſunt eſſe duplicia; Quædam ſenſibilem leſionem dicentia, & hæc circa Cor appareat, Stomacum, & Ventrem. Primo circa Cor, quia Maleficiatis videtur Cor conſtringi, uel pungi, uel quaſi a canibus corrodi. Secundo circa ſtomacũ; quia videtur ipſis os uentriculi conſtringi; Non digerunt etiam adhibito a medicis remedio, ſed ſumpta euoment; Et aliquibus uidetur quod a ſtomaco aſcendat

*Signa duplicia ad cognoſcendum obſeſſum per Maleficium.* 2

*bolus*,

bolus, & descendat, sed semper non statim, unde etsi ipsum deglutire uolunt, nõ possunt, tandem autem a seipso descendit. Tertio verò circa Ventrem torsiones acerbissimas patiuntur; Aliquando uidetur ipsis per uentrem uentum discurere frigidissimum: Aliquando verò vaporem, quasi flamma ignis, ardentissimum Quedam autem signa Maleficiati sunt amentiæ immissionem concludentia, & apparent in defectu usus rationis; Nam aliqui tales Maleficiati priuantur sed aliquando & raro usu rationis; aliqui uerò sepè; Sed & aliqui sepius, dum tamen interdum habent lucida interualla; Aliqui tandem semper. Et hæc signa sunt potissima ad cognoscendum an aliquis sit, per Maleficium, a Diabolo substantiali inhabitatione, possessus.

## Quomodo possint, & debeant liberari per Maleficium Obsessi. CAP. 5.

DE machinationibus diabolicis euertendis, & uexationibus a Maleficiatis tollendis, affertur primo id, quod refertur ad posse; secundo uerò id, quod respicit debere: Quo itaque ad primum

*Posse Maleficia dissolue*

dicitur

dicitur quod duplex est; Vnum indepen- *re quorum*
dens; Et est Deus glorioſus, qui ſicut *ſit.*
permitit maleficia fieri, & obſeſos uexa-
ri, ita ſua diuina bonitate ſolo ſuæ uolun
tatis nutu, poteſt maleficiatum liberare:
Aliud autem eſt dependens, & duplex;
Quodam Angelicæ naturæ; Quodam ue
rò humanæ; Quod autem eſt de Angeli-
ca natura duplex adhuc eſt; Primum eſt
Angelus bonus, qui ſua uirtute naturali
ſit ſuperior angelo malo Maleficii autore,
nam tali poteſt autori præcipere ut Ma-
leficium iubeat deficere; Et ſecundo eſt
angelus malus, qui ſua quoque uirtute na
turali ſit maior angelo malo Maleficii au
thore, cui præcipere poteſt, & obſeſum
liberare; Quod uerò eſt dependens de
humana natura, Exorciſta eſt, qui autho-
ritate ſui officii, a domino tradite, ut ha
betur Luc. 9. & ſuo miniſterio, diuina aſſi
ſtente clementia, ad Diabolum increpan
dum, & maleficium deſtruendum maxi-
mopere confere conſueuit. Et hæc ſunt, *Diſſolui Ma*
que reſpiciunt poſſe. Secundo itaque di- *leficia qui-*
cendum eſt de eo, quod reſpicit debere; *bus debeat.*
Circa quod ut appoſitione contrariorum
eadem plenius adipiſcatur notitia, dicatur
primo quomodo liceat obſeſum per ma

*leficium,*

leficium, a uexatione liberari; Secundo autem quomodo non: Quo ad primum duo dicuntur, quorum primum eſt Magiſtri Sent.Lib.4.Diſtinct. 34. duo dicentis; Primum .s. quod obſſeſi corde contricto confeſſionem ſuorum peccatorum faciant,& lacrimis atque eleemoſinis, Orationibus & ieiuniis, domino ſatisfaciant: ſecundum quod miniſtri Eccleſiæ per Exorciſmos,ac cætera eccleſiaſticæ diſciplinæ munimina, maleficiatos ſanare procurent. Secundum quod dicitur eſt Scoti.4.Sent.Diſtint,34.Queſt.1. Dicentis, quod ſi cognoſceretur ubi lateret ſignum materiale, ut eſt conglutinatio plumarum, aut imago aliqua abſcondita, uel huiuſmodi,deſtrui deberet, quoniam Diabolus non amplius maleficiatum de fatigaret, quia ex pacto non adeſt niſi dum durat aliquod tale ſignum. Et hæc ſunt, quorum uſus,cum illis Remediis, de quibus dicturus ſum in ſequentibus Capitulis, licitè debet in liberationem maleficianti adduci: Secundo deinde & ultimo dicendum eſt de illicitis, & in tali opere non requirendis, pro quibus compendiò insinuandis, tria proponi ſolent; Primum eſt declarans non

*Illicita in ſolutione Maleficii quæ cenſeantur.*



*licere*

licere per Maleficum & Maleficium aliud, Maleficium intentum diſſoluere, & Male ſiciatum liberare; Secundum eſt demonſtráns illicitum eſſe ſuperſtitioſis vti, cum ilatione Maleficii in perſonam aliam ; At tandem tertium diſponit eſſe inconueniens, etiam honeſte perſone, etiam ſine alterius nocumento, Maleficia, aliqua inuocatione Dæmonum, cohibere. Iam ita que his propoſitis, ſciat unuſquiſque quo modo poſſit & ſibi liceat, Remedia, pro Maleficiatis à Diabolo obſſeſis, vaſa licita poſſidere, contumelioſaq; refellere .

## Quod licitum ſit quibuſdam Remediis naturalibus Maleficio contraire. CAP. 6.

REmota incantatione, pactoq; cum Dæmone uel expreſſo uel tacito ſe cluſo, naturalia, ut lapides, Plante, & huiuſ modi, confere pro liberatione obſſeſi per Maleficium , licereq; eiſdem benedictis, pro tali opere uti, nulli dubium eſſe conſueuit: Animaduertendum tamen uenit quod licere talibus Remediis naturalibus conferentibus uti, dum quis diſpoſuerit Maleficio contraire, poteſt conſiderari

*Naturalia materialia quomodo ad uerſentur Diabolo.*

derari dupliciter; Vno modo inquantum imediate & directe Diabolo authori Maleficii aduersetur, qui propterea Maleficium destruere cogatur; & sic non licet, quoniam nullà uirtus naturalis talium materialium Remediorum & medicamẽtorum, in Diabolum agere potest: Alio modo inquantum mediatè, & indirectè huiusmodi Remedia eidem Diabolo aduersatur, quatenus talia applicata ualent ad corpus obsessum refocilandum, quod Diabolus uexare studet; & sic procul dubio licet: Nam & in primo Reg. Cap. 16. Legitur Dauide Citara tantum canente, Saulem Diaboli vexationem leuius tulisse. Extant & aliorum diuersorum Doctorum testimonia apertissime asserentia, hoc secundo modo, licere naturalibus Remediis, Petrarum, Olerum, Arborum, & compositorum Medicaminum, ex bene dictis præcipuè, uti, dumodo ea, quibus usus accidit, talem virtutem habeant a natura, ut effectum intentum, si non impediatur, imitere ualeant: Doctores autẽ huiusmodi potissimum sunt Hieronymus, cuius verba 26. q. 7. Dæmonium sustinenti. recitantur in hanc sententiam; Licet Petras, & Herbas habere sine incan-

*Naturalib⁹ materialib⁹ Maleficia dissolui licere, autoritatib⁹ comprobatur:*

*tatione*

tatione. Et Nicolaus de Lira, ſuper 1. Reg. 16. Albertusq; , ſuper Luc. 9. Hoſtienſis quoque, in ſua Summa, tit. de impotentia coe. In Gloſa ſuper c. littere, §. Mulierem autem, qui dicit recurendum eſſe ad Remedia Medicorum. Sed & Magiſter in Hiſto. ſuper Tob. cap. 6. dicit fumum cuiuſdam Arbuſculæ aduſtæ Diabolum pellendi uim habere. Quinimo & Paulus Burdegalenſis, ſuper 1. Reg. 16. dicit etiam non ſolum obſſeſos ex prędictis naturalibus Remediis releuari, ſed & liberari poſſe; Quando. s. non impediuntur effectus, & a non ſeuis Diabolis, per Maleficium obſſesſi, acriter affligãtur. Ex omnibus autem ſupradictis ſententiam colligentes, quomodo liceat, & quod posſibile ſit apparet quibuſdam Remediis naturalibus Maleficio contraire.

## De Remediis Malleficiatis extrinſecus applicandis. CAP. 7.

IN illorum Remediorum claſſe, quibus Maleficiati muniri ſolent, in promptu illa ſunt, quę eiſdem extrinſecus applicantur, de quibus in prima ſectione ſequentis operis ſum poſitionem facturus,

ſub ordine duplici; in quorum uno illa diſponentuur,quæ ſunt a Maleficiata perſona ſuper ſe tantum portanda ; In alio uerò illa, quæ ſunt etiam ad perceptionē ſenſuum referenda: Sed que ſunt a Male ficiata perſona ſuper ſe portanda, duplicia ſunt;Nam quedam ſunt a natura; Que dam autem ab arte; Que ſunt a natura ſunt duplicia , propterea quod quedam ſunt ex Elementis ; & quedam ex Elementalibus; & hæc duplicia ſunt ; Quia quedam habentur in Mineralibus et aliis; Quedam uerò in Plantis: Que autem ſunt ab arte, ſunt Breuia ab obſſeſis ſuper ſe portanda,quorum duo habentur; Primum eſt in quo ſcribitur; Secundum eſt quod ſcribitur; Et duplex eſt ; Quia quodam eſt a ſanctis reuelatum ; quodā uerò ex ſacris contextum, & duplex eſt; Quoniam quodam ſacrae conſtat ſcripturæ uerbis , Quodam uerò ſanctis extat nominibus Dei: Sed que ſunt etiam ad perceptionem ſenſuum referenda adhuc duplicia ſunt, Nam quedam referuntur ad Olfatum, Quedam autem ad Tactum, Que referuntur ad Olfatum duplicia ſunt , Propterea quod quedam habentur in Rebus cum aliis non mixtis ; Et

*Deferenda a Maleficiatis ſunt multa.*

*Sentienda a Maleficis multa ſunt.*

quedam

quedam in Rebus cum aliis mixtis: Res uerò cum aliis non mixtis duplices exiſtunt, Quia quedam ſunt exVegetalibus, Quedam uerò ſunt Vegetales, & duplices ſunt, Quoniam quedam ſunt in ſeminibus, Quedam uerò ſunt in Oleribus: Res autem cum aliis mixtis adhuc duplices ſunt; Quedam ſunt fetide; Quedam uerò non fetide, ut ſumigationes quedam, que duplices ſunt; Primæ aduerſatur ſpiritibus malis & Maleficio; Secunda uerò Maleficio&malis ſpiritibus: Que tandem referuntur ad Tactum duplicia quoque ſunt;propterea quod quedam habentur ſub ſpecie Olei; & quedam ſub ſpecie Aquæ, & duplicia ſunt; Quia quedam pertinent ad aſperſionem; Quedam uerò ad ablutionem. Et hec ſunt Remedia extrinſecus applicanda Maleficiatis in prima ſectione ſequentis operis, ſecundum hunc ordinem, ſuis ſedibus diſpoſita, pertractanda.

## De Remediis a Maleficiatis ore ſumendis. CAP. 8.

IN ſecũda ſectione ſequẽtis operis iacula illa cudẽda ſũt, que in uſũ Exorciſta

rũ ad deſtruẽda Maleficia cadunt, vt cũ Maleficiatis, pro remedio obſeſionis propo nũtur ut ore ſumantur: Huiuſmodi autem Remedia, ore ſumenda, ſunt duplicia; Quoniam quodam pertinent ad nutrimentum; Quedam verò ad medicamentum: Pertinentia autem ad nutrimentum duplicia ſunt; Nam quedam ſunt condientia cibum; Quedam autem non condientia, & ſunt duplicia; Propterea quod quedam ſunt pro cibo; & quedam pro potu: Que ſunt pro cibo, duplicia ſunt; Panis .s. & Caro Aedina; ſicut que ſunt pro potu adhuc duplicia ſunt; Vinum .s. & Aqua: Pertinentia verò ad medicamentum duplicia quoque ſunt; nam quedam ualent ad ſolutionem Maleficii; quedam autem ad emisſionem Maleficalium inſtrumentorum, in corpore obſeſſo a Dæmone coaptatorum: Quæ valent pro ſolutione Maleficii, duplici claſſe parantur; Propterea quod quedam ſunt applicabilia indiferenter ad omne Maleficium; & quedam ſunt applicabilia diferenter, ſecundum diuerſos effectus Maleficii; & hæc duplicia ſunt; Quia quedam ſunt, que ore ſumuntur cum aliquo aliter concomitante, contra effectum freneſis ſiue amentiæ;

*Nutrientia pro Maleficiatis.*

*Medicamenta pro Maleficiatis.*

Quæ-

Quædam uerò ſunt quæ ore ſumuntur ſine aliquo aliter concomitante; Et hęc ſunt duplicia; Quia quedam faciunt contra effectum leſionis Ventriculi & Cordis; Quedam verò contra effectum leſionis in Ventre: At verò que valent ad emisſionem Maleficalium inſtrumentorum etiam duplicia ſunt; Propterea quod quedam ſunt præcedentia dictam emisſionem; Et quedam ſubſequentia: Prima duplicia ſunt; Quedam enim habent virtutem leniter expellendi; Quedam uero vehementer: Quemadmodum ſubſequentia ſunt duplicia; Quia quedam ſunt deſtructiua inſtrumentorum materialium Maleficii; Quedam autem ſunt corroboratiua Ventriculi feſſi a vomitione materialium eorundem inſtrumentorum; Et hæc tandem duplicia ſunt; Quia quedam Ventriculum virtuoſe corroborant; Quedam verò virtuoſius confirmant. Et ſic, & hic Remediorum a Maleficiatis ſumendorum ſucceſſiua propoſitio, concluſa quieſcat.

## Quod Medicorum arbitrio Remedia Obsessis applicanda relinquantur. CAP. 9.

VNicuique experto in sua arte credendum esse, ex Dialeticis, omnes approbant sapientes; Ideo cum Sacerdotes & Exorcistæ, apta a Medicis medicamẽta susceperint, ad releuandum obsessos, & standum contra Diabolum; sicut supra dictum est. Cap. 6. Exindeq; crediderint accepta, optimè ad effectum intentum, naturalibus uigere uirtutibus, non erit inconsonum: Quoniam nihilominus secundum complexiones diuersas, diuersa quoque, uel diuersimode saltem, Remedia sunt applicanda, & Sacerdotum non est, neque Exorcistarum, super complexiones diuersas iudicium fere. Non enim talium munus est nosce an frequens dolor capitis, sicitas oris & linguæ, ex paucitate saliuæ, asperitas Gulæ, amaritudo gustus, Sitis, apetentia ciborum torpens, amaritudo uomitus, caro atenuata; uigilia longa; dormitio breuis; & urina ignea, cetrina, tenuis, & clara; arguant coleram in paciente. Siue si oculi sepe lacrimas fundant,

*Colerę Signa.*

*Flegmatis indicia.*

præci-

præcipuèq; mane, atque ſomnolentia graues ſint; os madidum ſaliua refertum, Lingua cum gula humida; appetitus ciborũ, ut precipuè potus, defectus; digeſtio tarda; nares ſuperfluis abundantes; Caro mollis; urinaq; alba; flegmatum inundantiam indicent. Vel forſitam ſi ardor uentriculi; frigiditas carnis; modicitas ciborum, canino more uoratorum; hebetudo operis; ſuſpicioſitas cordis; frigiditas pedum precipua; ſolitudo, triſtiria, tenacitas, & ira mentis; atque urinæ nigredo ali quantulum ruffa, ad uiriditatem uel palliditatem tendens, Melancoliam præſeferant. Aut ſi rubea facies, dulcedo ſaporis ex ore profluens; ueſicule oris, & labiorũ; pectoris ardores; gratitudo comeſtibilium; brachiorum precipuè pruritus; optima digeſtio; pinguedo corporis; atque vrina rubea & paululum craſſa; teſtimonia ſint dominii ſanguinis: Quemadmodum nec partium corporis temperamenta diſcernere, vt potisſimum cerebri, cordis, Epatis, Pulmonis, & Ventriculi: Sed nec generaliter, diſpoſitionem contemplari uel indiſpoſitionem corporum, & eorum ſanitatem uel egritudinem; Cum inquam talia minime Sacerdotum ſit, ſiue

*Melancoliæ præſignia.*

*Sangninis teſtimonia.*

Exorciſtarum, conſulto faciendum eſſe iudicaui ut applicationes Medicamentorum non fiant, niſi per Medicos, quibus Remedia proponantur, ad laudem Dei optimi maximi, opreſſorum ſalutem, & Dæmonis contumeliam.

## Quomodo cognoſcatur a Malefico liberatus. CAP. 10.

OBſeruatis diligenter ſignis, de quibus in Prefatione prime partis huius Practicę Exorciſtarum, Expulſio Dæmonũ, dictę; Cap. 12. Quorum memoria hic quoque inſeratur, & ad hũc locũ intentũ redigatur; Pro cognoſcẽdo an pſona aliqua p Maleficiũ a Dęmone obſeſſa, ſit ab omni Maleficio liberata, tria potiſſimũ ſubnectuntur indicia: Primum eſt quando Maleficiate perſone uidetur per Os, per Aures, perq; ſeceſſum quaſi flamma ignis exiſſe; Secundum ſignum eſt quando per Os, Aures, ſeceſſumq; uidetur Maleficiatis quaſi ventum frigidiſſimum eſſaſſe; Et tertium eſt quando per loca prędicta uidetur Maleficiatis quaſi pilas exiſſe, vel Vermes, vel Formicas, vel Ranas, vel Mures, vel huiuſmodi. Signis itaque

*Liberationis a Maleficio tria ſunt ſigna:*

*prædi-*

prædictis ſic breuiter expoſitis, pro notitia habenda liberationis obſeſſeſi per Maleficium preſens cap. cum tota Præfatione huius ſecundæ partis Practicæ Exorciſtarum, Diſperſio Dæmonum, dictę, concludatur; ad laudem Dei ter optimi, terq; maximi, viuentis in ſecula ſeculorum.

FINIS PRAEF.

DISPER-

# DISPERSIO DAEMONVM.

## Quæ secunda pars est Practicæ Exorcistarum.

F. VALERII POLIDORI
Patauini, Ord. Min. Conuentualium,
Artium, & Sacræ Theologiæ
Doctoris.

*PROBATISSIMA REMEDIA, Obsessis per Maleficiũ, continens applicanda; Cuius prima Sectio sequitur.*

---

### *APPLICABILE.* 1.

¶ *Salis ab obsesso super se ferendi benedictio, pro liberatione ab incursu Diabolico, & Malefico.*

V. Adiu-

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Dñi
℟. Qui fecit cælum & terram.

## EXORCISMVS.

Salis benedicto



Exorcizo te creatura Salis per dominum Deũ omnipotentem, qui te per Moiſem famulum ſuum filiis Iſrael mandari precepit vt quicquid obtuliſſent ſacrificii Sale condirent; nec auferent Sal federis eius de ſacrificio ſuo, ita ut in omni oblatione offerent Sal: Et per domi uum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui per Apoſtolum ſuum ſermonem ſemper in gratia Sale conditum, ad ſciendum quomodo oporteat vnicuique reſpondere, eſſe debere docuit; Vt benedicaris † & ſanctificeris † ad omnem uirtutem Diaboli reprimendam, & Maleficium diſcipandum, ut quicumque te in honorem creatoris tui ſuper ſe portauerit, ab omni periculo & incurſu Diabolico ſit ſecurus, & liber exiſtat. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

Leu. 2

Col. 4.

V. Do-

## DISPERSIO.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

*Num.* 18. Omnipotens æterne Deus, qui Aarõ Sacerdoti tuo, pactum Salis coram te, & ipso, & filiis eius, esse sempiternum dixisti; Et per dominum nostrum Iesum *Mar.* 9. Christum Sal commendans, ipsum bonum declarasti & in nobis habendum esse commendasti; te supplices deprecamur, ut benedicere † sanctificare digneris † hãc cresturam Salis, vt quicumque super se portauerit in honorem tui, creatoris sui, integram animæ & corporis sanitatem accipiat, quatenus noxia cuncta Diabolica submoueas, & omnia profutura concedas. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in ℣nitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Aspergatur Aqua Benedicta.*

---

## APPLICABILE. 2.

¶ *Auri, Thuris, & Mirrhe super se ferendæ benedictio, quæ in Epiphania domini consueuit fieri, contra omnia nocumenta Dia-*

*ta Diabolica, & Maleficia.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cęlum & terram.

## PSALMVS.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me; Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei; Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me & fortes quęſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum; Ecce enim Deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ; Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua diſperde illos; Voluntarie ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine quoniam bonum eſt; Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me, & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto, Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. *Pſal. 53.*

PSAL-

# DISPERSIO.

## PSALMVS.

Psal. 71. DEus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio regis Iudicare populum tuum in iuſtitia & pauperes tuos in iudicio ; Suſcipiant montes pacem populo,& colles iuſtitiam; Iudicabit pauperes populi & ſaluos faciet filios pauperum,& humiliabit calumniatorem ; Et permanebit cum Sole,& ante Lunam, in generatione & generationem; Deſcendet ſicut pluuia in vellus , & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram;Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis , donec auferatur Luna ; Et dominabitur a mari vſque ad mare,& a flumine vſque ad terminos orbis terrarum; Coram illo procident Ethiopes,& inimici eius terram lingent; Reges Tharſis & inſule munera offerent, reges Arabam & Saba dona adducent; Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei; Quia liberabit pauperem à potente,& pauperem cui non erat adiutor; Parcet pauperi & inopi , & animas pauperum ſaluas faciet ; Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum , & honorabile nomen eorum coram il-

ram illo ; Et viuet & dabitur ei de auro Arabiæ,& adorabunt de ipſo ſemper tota die benedicent ei ; Erit firmamentnm in terra in ſummis montium , ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius , & florebunt de ciuitate ſicut fenum terræ ; Sit nomen eius benedictum in ſecula , ante Solem permanet nomen eius; Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum; Benedictus dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus: Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum,& replebitur maieſtate eius omnis terra , fiat fiat . Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto ; Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen .

## PSALMVS.

DEus miſereatur noſtri & benedicat nobis , illuminet vultum ſuum ſuper nos,& miſereatur noſtri; Vt cognoſcamus in terra uiam tuam,in omnibus gentibus ſalutare tuum;Confiteantur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi popu i omnes; Letentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate,& gentes in terra diri- *Pſal.66.*

ra dirigis; Confiteantur tibi populi Deus confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum; Benedicat nos Deus Deus noſter benedicat nos Deus, & metuant eũ oẽs fines terræ; Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto; Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

## ANTIPHONA.

APertis theſauris ſuis obtulerunt Magi domino Aurum, Thus, & Murrham. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, Pater noſter qui es in cælis. &c.

℣ *Et dicitur ſecretè uſque ad illud.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORA-

## ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, te humiliter deprecamur vt has creaturas Auri, Thuris, & Mirrhæ, hodierna die a tribus Regibus tibi tanquam ſummo Regi, & Deo vero, & homini vero oblatas, benedicere † conſecrare † & ſanctificare † digneris, & eis donum tuæ benedictionis infunde & quicumque eas geſtauerit, ab omni periculo animæ & corporis ſaluus ſemper exiſtat. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte qui nobis Sacerdotibus, non noſtris meritis, ſed ſola dignatione clementiæ tuæ præ cæteris gratiam contuliſti, vt quicquid a nobis in tuo nomine, dignè & perfecte agitur a te fieri credatur; Adeſto queſumus noſtrę officio ſeruitutis, & benedicere † ac ſanctificare digneris † has creaturas Auri, Thuris, & Mirrhæ, quas nos in nomine ſancto gloriæ tuæ benedicere † confidimus. Qui viuis & regnas cum Patre & ſpiritu Sancto Deus, per omnia ſęcula

ſeculorum. Amen.

## BENEDICTIO.

BEnedico † itaque in titulum omnipotentiæ,& ſpem ſalutis fidelium vtentium has creaturas Auri, Thuris, & Mirrhæ, In nomine Patris † & Filii † & Spiritus Sancti † vt ſicut beatos tres Magos Gaſpar, Balthaſar, & Melchior eas offerentes ad miſteria tua cognoſcenda illuminare,& ad te deuote adorandum accedere; atque ab inſidiis & periculis cuſtodire dignatus es, ita fideles tuos in tua miſericordia ſperantes, qui eiſdem creaturis tuis Auro, Thure,& Mirrha in tuo nomine uſi fuerint,lumine tuo illuſtrare, amore tuo inflammare,& a cunctis aduerſitatibus,& ab omnibus inſidiis & nocumentis Diabolicis præſeruare digneris. Qui cum eodem Patre & Spiritu Sancto viuis & regnas in ſecula ſeculorũ.Amen.

¶ *Et aſpergatur aqua benedicta.*

---

3

## APPLICABILE. 3.

¶ *Scillæ (quæ planta eſt) ſuper ſe deferenda bene-*

*dæ benedictio, ad ſecuritatem ab inſultis Maleficis, & Diabolicis obtinendum.*

V. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit, Cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura, in genere Plantarum Scilla, per Dominum Deum factorem tuum, qui poſt diluuium, benedicens Noe, & filiis ſuis ait; Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt; & omne quod mouetur; & viuit, erit uobis in cibum; Quaſi olera virentia tradidi uobis omnia. Et per Sapientem ſuum, melius ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio, dixit eſſe, vocari; vt deſuper in te diuina bonitate, adueniente benedictione ſanctificeris †, adeo ut quicunq; te ſuper ſe portauerit, in vniuerſalis creatoris honorem, ab omni Maleficio ſit ſecurus, & confuſus Diabolus fugiat pauore correptus, nec amplius plaſma Dei, quocunq; modo moleſtare, ſiue phantaſtica illuſione contere re præſumat; Et per eum qui venturus *Gen. 9.*

est iudicare viuos,& mortuos,& seculum per ignem. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

## ORATIO.

2:Reg.43. DOminator hominum iustus, Pater omnipotens, tremende Deus, qui per Malachiam Prophetam tuum, de vtroque aduentu filii tui Domini nostri Iesu Christi reuelans dixisti; Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabit viam
Mal. 3. ante faciem meam; Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quē vos queritis,& Angelus testamenti, quem vos vultis; Ecce venit: Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis
Eze. 34. conflans,& quasi herba Fullonum; Atq; per Ezechielem seruum tuum, sanctis, & amicis tuis beatitudinem spopondisti, dū diceres; In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum; Ibi requiescent in herbis virentibus. Benedicere †, & sanctificare †, digneris hanc plantam, vt quicunq; eam super se portauerit, ab omni Maleficio-

rum in-

rum insultu sit liber, atq; ab incursu, & Dæmonio meridiano sit firmissimè tutus; Ad laudem, & gloriam sancti nominis tui, qui cum eodem Iesu Christo, & Spiritu Sancto, viuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

¶ *Aspergatur aqua benedicta.*

## APPLICABILE. 4.

¶ *Chartæ benedictio pro Breuibus conscribendis, & sacris rebus, a collo in pectore pendentibus, gerendis, ad fugandum Diabolum, & Maleficium destruendum.*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te charta, quæ in usum humani generis ad resserandum etiam magnalia de lege Domini, digna visa es; Et per diuinam voluntatem Chartæ coniugii a Raguele inter Tobiam, & Saram *Tob. 7.*

celebrati, in quo etiam opere Angelico Diabolus extitit victus: Per dominum Deũ Vniuersi, Patrem, Filium, & Spiritum San
Psal. 105. ctum: qui extendit Cælum sicut pellem, in qua cælestibus splendoribus quasi characteribus scribens, cælos facit suam gloriam enarrare, ut benedicaris, & † sanctificeris ad omne opus Diaboli destruendum, siue illud præsentiæ sit, siue potentiæ, siue maleficii; vt quicunq; te sacris verbis respersam, uel sacram rem concludentem, super se portauerit, ab omni infestatione Diabolica liberetur. Per eum, qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

## ORATIO.

Psal. 23. Psal. 94. DOmine potens in prelio: Deus vltionum; & Pater patrum nostrorum, qui per Moisem, & Prophetas, antiquorum voluminum scriptores etiam tuæ diuinæ bonitatis, misteria diuinitus reuelasti; & per Sanctos Euangelistas, & Apostolos tuos, noui testamenti, filii tui paginã
Ierem. 36. scribi voluisti; Quiq; per Ieremiam Pro

*phetam*

phetam tuum, Cadauer Ioachim Regis Iuda proiiciendum ad æſtum per ſolem, & ad gelu per noctem, eidem nunciaſti, quoniam tres pagellas, uel quatuor cum Iudi legiſſet, in libro à Baruch, filio Nariæ, ex ore Ieremiæ ſcripto, eundem in ignem proiecit atq; comburi fecit; benedicere † , & ſanctificare ⌣ digneris hanc chartam, ut quicunq; uel ſacris ſcriptam, vel ſacra concludentem, ſuper ſe dignè portaneri, ita miſericordiam tuam gaudeat afluiſſe, ut ab ipſo Sathanicæ oppreſſiones, & maleficiorum omnium turbines euaneſcant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

---

## APPLICABILE 5.

¶ *Alia benedictio uulgata, ſiue coniuratio charte in qua debent ſcribi Breuia, applicanda, ſeu appendenda collo uexati, uel ſecum deferenda.*

## CONIVRATIO.

COniuro te charta † per uerba illa tituli triumphalis ſaluatoris domini

noſtri Ieſu Chriſti,& per omnia alia uerba, quæ dicuntur de Creatore omnium creaturarũ,&per illum,q̃ poteſt tribuere, & facere,quòd tantam obtineas uirtutem, ut omnia,quæ ſuper te ſcribentur,effectũ ſalutis æternæ perducere ualeat,& ut omnis fallacia,& Virtus Diaboli exeat de te, & intret in te omnis uirtus prædicta ſine mora. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus † Sancti. Amen.

## APPLICABILE 6.

6

Breue.

¶ *Breue ſancti* ANTONII *Confeſſoris de Padua, in ſinu, pro liberatione à Diabolicis infeſtationibus, & illuſionibus, portandum; De quo legitur in quadam legenda ipſius Sancti, Venetis impreſſa Apud Georgium Angelerium* M D LXXXVII. *Cap.* 35. *Quód mulier quedam paupercula de Villa Santarena Regni Portugalliæ, tempore Regis Donis, dum obſideretur a Diabolo, & multipliciter uexaretur ita, ut etiam dolosè ipſi mortem uoluntariam pro ſalute animæ ſuæ diuerſimodè ſuaderet; Quadam die in Feſto prædicti Sancti. Diabolicis prædictis ſuaſionibus obtemperans, dum furẽs in flumine ad ſeipſam pergeret necandam:*

*& ante eiuſdem Sancti AEdem contigeret pertranſire, deprecata eſt eum, ut ſibi ſuper hoc diuinum conſilium, & auxilium poſtularet: In huiuſmodi autem ſupplicatione perſeuerans, ſopore correpta, ſuauiter obdormiuit; Quando audiuit uocem prædicti Sancti dicentem ſibi; Reſpice in ſinu tuo, & lege ſcriptum, & continuò liberaberis: Quod cum feciſſet expergefacta mulier, a Diabolo ſtatim extitit liberata. Prædictus aũt Rex, cũ a talis mulieris uiro de hoc audiſſet, ſcriptum petiit, & obtinuit, atq; inter ſacra repoſuit. Ablato uerò à muliere ſcripto, iterum in poteſtatem Diaboli rediit; uerumtamen cum prædicti ſcripti a Rege habuiſſet exemplar, libera quoq; fuit. Scriptum autem huiuſmodi, in charta benedicta habendnm, tale erat.*

Breue.

ECce crucem Domini † fugite partes aduerſæ, uicit Leo de tribu Iuda radix Dauid. Alleluia. Alleluia.

---

## APPLICABILE 7.

¶ *Breue ad collum portandum pro liberatione Demoniaci, ſcriptum in charta benedicta benedictione precedenti, tale eſt.*

*Ieſus*

✠ IEsus Nazarenus Rex Iudeorũ; Verbum caro factum est & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ, & Veritatis.

## APPLICABILE 8.

¶ *Breue scribendum in charta benedicta prædicta, & a collo in pectore pendens portandum, pro liberatione a Diabolicis uexationibus, tale est.*

IN Nomine Patris †, & Filiꝛ †, & Spiritus sancti †, Amen. † Hel † Heloin † Sother †, Hemanuel † Sabaoth † Agla † Tetragramaton † Agios † Otheos † Ischiros † Atanatos † Iehoua † Và † Adonay † Sabaÿ † Homousion † Messias † Esereheye †. Increatus Pater † Increatus Filius † Increatus Spiritus Sanctus † Iesus. Christus vincit † Christus regnat † Christus imperat † Christus ab omni uexatione Diabolicæ peruersitatis te. N. defendat. Amen.

## APPLICABILE 9.

¶ *Incen-*

¶ *Incensi benedictio portandi, & odorandi pro diabolica quacunq; in uasione abolenda.*

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura incensi per Deum uiuum, per Deum, uerum, per Deum Sanctum, per Deum qui Moisi seruo suo, Altare aureum sub tecto testimonii contra uelum, ad adolendum super eo incensum aromatum, ponendum imperauit; ut benedicaris † & sanctificeris † diuina desuper adueniente uirtute, ut quicunq; te super se portauerit, uel odoratu senserit, fiat sacrificium Domino in odorem suauitatis, ad expulsionem Diaboli & maleficiorum destructionem, ut confortatus ab Angelo Domini bono semper existat, sicut Zacharias sacerdos Domini, cum Sacerdotio fungeretur, in ordine uicis suæ ante Deum, & sorte exiret vt incensum poneret. Per eum, qui venturus est uiuos, & mortuos, & seculum

*Exo. 11.*

*Luc. 1.*

lum per ignem. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

## ORATIO.

FOrtisſime Deus ſpirituum vniuerſæ carnis, qui apertè reuelatus fuiſti do-
*Num. 16.* mui Patri Eli, cum eſſet in Aegipto in do-
mo Pharaonis, & elegiſti eum ex omni-
*1. Reg. 2.* bus tribubus Iſrael in Sacerdotē, ut aſcen-
deret ad Altare tuum, & adoleret tibi in-
*Pſal. 140.* cenſum, & portaret Ephot coram te; Di-
rigatur queſumus oratio noſtra ſicut in-
cenſum in conſpectu tuo; & propitius ad
noſtræ clemens reſpice officia ſeruitutis,
vt benedicere † & ſanctificare † digneris
hanc creaturam Incenſi, ut quicunq; in
nomine tuo ſuper ſe portauerit, uel odo-
ratu ſenſerit, ab omni infeſtatione Diabo
licæ tirannidis, & Maleficii oppreſſione,
ſaluus ſemper exiſtat. Per dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui
tecum uiuit, & regnat in vnitate ſpiritus
Sancti Deus per omnia ſecula ſeculo-
rum. Amen.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

A P-

## APPLICABILE. 10.

¶ *Alia uulgata benedictio incenſi ad profumigandum Demoniacos.*

V. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
R. Qui fecit Cælum, & terram.
V. Dominus uobiſcum.
R. Et cum ſpiritu tuo.

### ORATIO.

DOmine Deus Omnipotens, cui aſtat exercitus Angelorum cum tremore, dignare bene † dicere, & ſanctiſicare hanc creaturam incenſi, ut omnes languores ſpiritus maligni odorem incenſi huius ſentientes fugiant procul, & ſeparentur ab hac creatura tua. N. quam redemiſti pretioſo ſanguine tuo, ut de cætero non ledatur a morſu antiqui ſerpentis. Per te Ieſu Chriſte Saluator mundi, qui uiuis, & regnas in ſecula Seculorum. Amen.

¶ *Aſpergatur Aqua benedicta.*

## APPLICABILE 11.

Alia

## DISPERSIO.

¶ *Alia benedictio Incensi, ad idem, è Sacerdotali desumpta.*

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit Cælum, & terram.

## ORATIO.

TVa quesumus Omnipotens sempiterne Deus immensę maiestatis dexteram, hanc creaturam Incensi benę † dicere, & sancti † ficare digneris, ut in uirtute sancti nominis tui, omnes immundorum spirituum fantasticos in cursus effugere, omnesq; morbos, reddita sanitate, expellere, ubicunq; fumus eius efflauerit, mirabiliter possit, atq; tibi Omnipotenti Deo odore fragantissimo perpetua suauitate reddere. Per Christum dominum nostrum. Amen.

¶ *Aspergatur aqua Benedicta.*

---

## APPLICABILE. 12.

¶ *Seminum Ypericonis super se deferendorum beneditio, ad Maleficium infirmandum, & Diabolum coarctandum.*

V. Adiu-

V. Adiutorium noſtrum in nomine domini.

R. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura Dei per æternum productorem tuum, verbum æternum, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui in hunc mundum uenies, & ex abundantia pietatis tuæ uerbum uitæ proponens, ſe ſatori ſimilem fecit exeunti ſeminare ſemen ſuum, illudq; ſeminii comparauit, ſecus uiam, per petroſa, inter ſpinas, & in terram bonam cadenti; Atq; per Sanctum Apoſtolum ſuum adminiſtratorem ſeminum ſeminanti, panem quoq; præſtaturum eſſe ad manducandum promiſit, & ſemen multiplicaturum, atq; incrementa frugũ iuſtitiæ augmentaturum; ut diuina benedictione ſanctificeris † ad omne ſeminatum, uel fortè ſeminandum Maleficium infirmandum, & ſeminatorem malorum omnium Diabolum coarctandum, ita ut, vtrunq; rapiatur ſicut puluis montium a facie uenti, & ſicut turbo coram tempeſtate; & quicunq; te ſuper ſe portauerit,

*Mat. 13.*

*2. Cor. 9.*

*Iſai. 17.*

*in præ-*

in prædictorum, similiumq; misteriorum memoriam, gaudeat se nouisse in necessi tatibus diuinum auxilium affuisse. Per eũ dem Dominum nostrum Iesum Christũ, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

## ORATIO.

CReator omnium, vniuersi prouisor, legiferq; gentium, qui inter cætera consilii tui mandata, per Moisem famulum tuum, filiis Israel præcepisti, ne agrum sererent diuerso semine; Et per Esaiam Prophetam, verbum tuum, quod egredietur de ore tuo, imbri, & niui de cælo cadenti, & illuc vltra non reuertenti, terramq; inebrianti, infundenti, & germinare facienti, vnde det semen serenti, & panem comedenti, assimilari fecisti; te suppliciter exoramus, vt benedicere †, & sanctificare † digneris hanc creaturam tuam, ut sicut seminalem retinet virtutẽ suam, ita cælestiali efficacia conspergatur, ut quicunq; eam super se portauerit, ab omni maligno spiritu sit securus, & a

*Leu. 19.*

*Isa. 55.*

quo-

quocunq; maleficio tutus: quod si forsitan iam paratum est, siue vsus eius iam consumatus existit, subitò dum nosperatur, veniat contritio eius, & comminuatur sicuti conteritur lagena figuli contritione prævalida. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen. *Isa. 30:*

℣ *Aspergatur aqua benedicta.*

## APPLICABILE. 15.

℣ *Rutæ in charta benedicta prædicta, super se portandæ, & olfaciendæ, ad omnem inuasionem Diabolicam, & Maleficam repellendam, Benedictio.*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura Rutæ per Dominum Sanctum, Patrem Omnipo- *Psal. 103.*

tentem,& æternum Deum, qui producit in montibus fenum, & herbam ſeruituti
Rom. 14. hominum; Quiq; per Apoſtolum filii tui domini noſtri Ieſu Chriſti, infirmos docuit olera manducare, ut benedicaris, † & ſanctificeris † ad virtutem inuiſibilem retinendam, ita ut quicunq; te ſuper ſe portauerit, & te etiam olfactu ſenſerit,ca reat omni immunditia diabolicæ infatuationis, atq; Demones omnes,& Maleficia quæcunq;, quemadmodum olera herbarum cito decidant. Per eundem dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, qui venturus eſt iudicare viuos, mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

Gen. 1. AEterne Deus, Pater Omnipotens, & Domine Sancte, qui inter cætera tuæ virtutis opera, poſt congregationem aquarum in locum unum, germinare terram herbam virentem,& facientem ſemen iuxta genus ſuum, mandaſti; Atq; per filium tuum dominũ noſtrum Ieſum
Luc. ij. Chriſtum, Mentam, & Rutam, & omne

olus

olus decimari a prætereuntibus iudicium, & charitatem Dei, te nolle declaraſti: Que ſumus clementia diuinæ bonitatis tuæ, vt benedicere †, & ſanctificare † digneris hanc Rutam, vt quicunq; illam ſuper ſe portauerit, uel etiam tantùm olfactu ſenſerit, ab omni inuaſione diabolica, atq; malefica ſit liber, & ſecurus. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

℣ *Aſpergatur aqua benedicta.*

---

## APPLICABILE. 14.

℣ *Alia uulgata benedictio Rutæ.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

### ORATIO.

BEne † dic Domine Ieſu Chriſte hanc Rutam, & infunde ei per tuam vir-

tutem, tuam ſanctam bene † dictionem cæleſtem Vt quicunq; ex ea ſuffumigatus fuerit, uel ſupra ſe eam habuerit, nullus inimicus ei nocere poſſit: & in quibuſcunq; locis aſperſa fuerit, uel poſita; recedat,& contremiſcat Diabolus,& fugiat pauore,& non præſumat amplius inquietare uel illudere creaturas tuas. Inde ſupplico domine, ut mittas Sanctum Angelum tuum Raphaelem, qui euulſit,& expulit a Sara,& Thobia Dæmonem mortiferum,& fætentem,& illum conterat, & perdat de cunctis animabus colentium Deum; de ſcamnis, de angulis, de lectis, & de omnibus locis in quibuſcunq; habitet, requieſcat, vigiler, conſiſtat, Nec valeat amplius inquietare, vel pauorem immittere inillos, quos ſancta vnctio muniuit. Benedicaris † igitur Ruta in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctæ Trinitatis, ut ſis exterminatio diabolica, & omnium contubernalium eius. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

15

¶ *Profumigatio horribilis, eiusq; uulgata benedictio, ad expellendum Diabolum, & Maleficium ſoluendum.*

Recipe { Galbani, Sulphuris, Aſſa fetidæ, Ariſtolochiæ, Ypericonis, Rutæ. } Ana Drag. iij.

¶ *Quibus paratis, benedicantur ea omnia, benedictione ſequenti.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura Galbani, ſulphuris, Aſſafediæ, Ariſtolochiæ, Yperi-
nis & Rutæ, per Deum † uiuum, per Deum † verum, per Deum † Sanctum; Per Sanctiſsimam Trinitatem, Patrem †, & Filium †, & Spiritum Sanctum †; & per Deum, quia omnia creauit ex nihilo, per eum, qui expulit prauos Angelos de

Cælo ad iſta inferiora; Per Ieſum Chriſtum filium eius dominũ noſtrum, qui ſida bit prædeſtinatis fæliciſsimè regnum æternum, & reprobis regnum Infernale perpetuum; Per omnia nomina Sancta ipſius Dei te coniuro †, exorcizo †, & per omnia ſupradicta, ut ſis in defenſionem noſtram, & efficiaris perpetua fumigatio exorcizata, bene † dicta, & conſe † crata in ſalutem noſtram, & omnium fidelium Chriſtianorum, & perpetua pæna ſis omnibus malignis ſpiritibus, & fortisſimus, ac infinitus ignis eorum, & magis quàm ſit infernalibus ſpiritibus ſulphur, & ignis infernalis, & omnis pæna, & omnia ſupradicta ſint nobis defenſio, & perpetua expulſio, & ſuffumigatio omnium ſpirituum, ac ſolutio omnium ligaminum, facturarum, ac præſtigiorum: ita ut nihil prædictorum nos, nec hanc creaturam Dei. N. neq; locum iſtum modo aliquo offendere, & impedire ~valeat. Per eum qui venturus eſt iudicare ~viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

## ORATIO.

INneffabilem clementiam tuam omnipotens æterne Deus humiliter implora

*mus*, vt

mus, vt ſicut tu es vnus in eſſentia,& trinus in perſonis, s. Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, ita bene † dicere, & conſe † crare per immenſam clementiam, & pietatem tuam digneris hanc creaturam ſuffumigationis, ut ſit omnibus Chriſtianis ipſam ſumentibus, odor,& defenſio perpetua contra omnes malignos ſpiritus, & omnes incantationes præſtigia, ac maleficia, ſitq; perpetua expulſio malignorum ſpirituum, & omnium incantationum factiuarum, ac præſtigiorum annichilatio,ac ſolutio perpetua omnium ligationum,& diſſolutio omnium maleficiorum; & in quocunq; loco odor eius uenerit; ſiue affuerit; nullus ſpiritus, nullaq; incantatio,nulla ligatio Diabolorum, nulla faſcinatio,nullum maleficium, nullaq; moleſtia maligni ſpiritus poſſit dura re, neq; ſtare modo aliquo: ſed ſtatim tua immenſa uirtute, & potentia fugiãt perpetuò, & procul expellantur omnes inſidiæ latentis inimici, ac eorum inhabitationes diſſoluantur, & annichilentur per ſignum Sanctæ crucis † Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui cum Patre,& Spiritu Sancto uiuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

## DISPERSIO.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

## APPLICABILE. 16.

16

¶ *Suffumigium, eiusq; benedictio, ad expellendum Dæmones, & maleficia comminuenda.*

Recipe { Seminũ ypericonis. / Rutæ / Incenſi } Ana Drac. VI.

*Sturmii. Candani. Galbani.*

¶ *Quæ parata benedicantur benedictione ſequenti.*

V. Aditorium noſtrum in nomine Domini.
R. Qui fecit Cælum,& terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te compoſita ſuffumigationis materia, per Dominum Creatorem Cæli,& terræ, uiſibilium omnium, & inuiſibilium; cuius ſancto nomini, cũ Salomon Filius Dauid mirabile templũ ſtruxiſſet, ad adolendum quoq; incenſum coram illo, fumigandaq; aromata, conſe-

2. Para. 2.

*crauit;*

crauit; ut benedicaris †, & talem de Cælo uenientem uirtutẽ recipias, ut ſis malignis ſpiritibus expulſio ſempiterna: atq; incantationum, facturarum, maleficiorũq; omnium, Magorum, Strigium, aut Diuinãtium perpetua cõminutio, ita ut quicũq; fumo ex te accepto, odorem ſenſerit, careat omni immundicia diabolicæ fraudis, & maleficiorum omnium generum ligaminibus confractis, liberiùs ſeruire ualeat Redemptori ſuo. Qui uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignẽ Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.
℟. & clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

DOmine Sancte, Pater omnipotens æterne Deus, qui loquens ad Moiſen ſeruum tuum, Aaron fratri ſuo, mandare præcepiſti, ut poſt uituli ſacrificium, aſſumpto thurribulo, quod de prunis Altaris impleſſet, hauriens manu compoſitum Thymiama in incenſum, ultra uelum intraret in ſancta, & poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorum, & uapor operiret oraculum, benedicere † & *Leuit. 16.*

*ſancti-*

ſanctificare†,&conſecrare † digneris hãc compoſitam ſuffumigationis materiam, ut ubi cunq; nebula,& uapor, ac odor ip ſius peruenirint procul inde perfidus Sathan,ac tuis uiribus confractus, & ſpiritus Sanctus a tua ſede dimiſſus aſsiſtat; atq; quicumq; ex ea fumum ſumpſerit, a malignorum quorumcunq; ſpirituum in uaſione liberetur, & ab omni maleficio, quomodocunq; facto euacuetur. Per do minum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum,qui tecum uiuit,& regnat in unita te ſancti Spiritus,per omnia ſecula ſeculorum.Amen.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.Et quando ex diſpoſitione Exorciſtæ ad huius ſuffumigii usum,opus erit accedere, proiiciet in igne ſuffumigium: Ignis autem ſit bene dictus,ut dictum eſt in parte prima huius noſtræ Practicæ Exorciſtarum,Poſtexorcizatione 3.Pag.157.& inde ascendente fumo,curet Exorciſta, quòd patiens persona, facie super fumum conuersa, uaporem fumi suscipiat,dum manu poſita super uertice capitis illius,dicit.*

extin-

EXtinguatur in te uirtus Diaboli, benedictæ ſuffumigationis uirtute, & per impoſitionem manuum noſtrarum; Imo per inuocationem Sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum Martirum, Confeſſorum, Virginum, Viduarum, atq; omnium ſimul Sanctorum. Amen.

## APPLICABILE. 17.

17

¶ *Suffumigium ad maleficia comminuendum, & Demones expellendum.*

Recipe
- Thuris optimi.
- Mirræ.
- Storacis calamitæ. — Ana
- Galbani. — Drac. X.
- Laudaui:
- Gariofilorum.
- Muſci. — Grana duo

¶ *Benedictio huius ſuffumigii ſit illa eadem, qua benedictum fuit ſuffumigium immediatè precedens, Atq; in uſu iſtius ſeruentur ea, quæ in usu illius dicta ſunt.*

## APPLICABILE 18.

18

¶ Olei

## DISPERSIO.

¶ *Olei oliuarum Benedictio pro maleficio unctione dissoluendo, & Diabolo propulsando, cum modo ungendi patientes ex ipso.*

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit Cælum & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura Olei per Deum uiuum † per Deum uerum † per Deum Sanctum †; Per Deum Trinum, & unum, qui te Sacerdotes suos, & Reges iungi mandauit, ut benedicaris † adeo quòd extinguatur in te uirtus Diaboli, & transeas in unctionem spiritalem ad omnia Maleficia destruenda, ad omne opus Diaboli eradicandum, & ad omne Phantasma cuiuscunq; aduersarii fugandum, & quicunq; ex te unctus fuerit, sit ignis destruens omnia Maleficia: sit terribile aduersus omne opus Diaboli propugnaculum, sit gloriosus omnium phantasmatum nocentium victor, & sanitatem perfectam in utroq; homine adipiscatur. Per eum qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen. V. Do-

V. Domine exaudi oratiõnem meam.
R. Et clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

MIserator domine Deus Omnipotens, qui oleum unctionis ſanctæ ſuper caput Aaron ſerui tui fundi mandaſti, reſpice propitius ad pacces humilitatis noſtræ, & in hanc creaturam, Olei, uirtutem tuæ gratiæ † benedictionis †, & ſanctificationis † infunde, ut ſicut ex oliuæ ligno producto in humani generis uſum cadit, ita à te, plenitudine tuæ ſanctificationis reſperſo, ſit tormentum Diaboli, ſit omnium operum Sathanæ deſtructio, atq; omnium maleficiorum facturarum, & incantationum exterminanatio ut quicunq; ex eo inunctus fuerit efficiatur malignis ſpiritibus uas tremendum uirtute diuina repletum, ad euertendas omnes iniquas Machinationes uiſibilis, & inuiſibilis hoſtis, & ad malas facturas quomodocunq; factas deſtructiua propulſatio, ut ſanitatem mentis, & corporis, te largiente, benignè ſuſcipiat. Per te Dominum noſtrum Patrem Filium, & Spiritum ſanctum, qui uiuis, & regnas in ſecula ſeculorum. Amen. *Exo. 29.*

¶ *Asper-*

¶ *Aſpergatur aqua benedicta. Et quando Exorciſta, pro patiente perſona ungenda hoc oleo uti uoluerit, exorcixet prius ipſam unica ſaltem exorcizatione completa, & intingat deinde extremitatem pollicis ſui in ipſo, ungatq, quatuor partes infra diſpoſitas in modum crucis, ſecundum formam ſequentem.*

¶ *Frontem ungat, & dicat.*

*Simb. Ath.* PAter, qui a nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus, impinguet in oleo caput tuum, & calice ſuo ſancto te inebriet, ut in te omne Maleficium diſſoluatur & Diabolus propulſetur.

*Pſal. 22.*

¶ *Pedem utrunq; ungat, & ſemel dicat.*

*Simb. Ath.* FIlius qui a Patre ſolo eſt, non factus nec creatus, ſed genitus, ipſe ungat te Deus Deus tuus oleo lætitię, ut in te omne maleficium diſſoluatur, Diabolus propulſetur, & omne malignum deſtruatur.

*Pſal. 44.*

¶ *Manuum utriuſq; pulſus ungat, & ſemel dicat.*

*Spiritus*

SPiritus Sanctus,qui a Patre, & filio eſt,non factus,nec creatus,nec genitus; ſed procedēs,oleo ſacto ſuo ungat te manu ſua auxilietur tibi, & brachium ſuum confortet te, ut in te omne maleficium diſſoluatur; Diabolus propulſetur, omne malignum deſtruatur, & nociuum auferatur. *Simb. Ath. Pſal.88.*

¶ *Pectus ungat, & dicat.*

DIuina vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate exhilaret faciem tuam in oleo,& pane ſuo cor tuum confirmet, ut in te omne maleficium diſſoluatur, Diabolus propulſetur, malignum deſtruatur, nociuum auferatur, & omne bonum inducatur. Amen. *Simb. Ath. Pſal. 103.*

## APPLICABILE. 19.

¶ *Oleum conficiendum ad ungendum Maleficiatos, eiusq; uulgata benedictio, & uſus.*

Recipe { Rutarum / Saluiæ / Aneti } Ana ad libitum.

Et Cineris [illegible] aquæ benedictæ. parū.

## DISPERSIO.

Et { Cineris oliuarum / Aquæ benedictæ. } parum.

¶ *Et omnia ſimul fac bullire in oleo oliuarum ; deinde ipſum benedicas ſequenti benedictione .*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini .


℟. Qui fecit cælum,& terram .

## EXORCISMVS.

EXorcizo te ſpiritus immunde per Deum † uiuum , per Deum † Sanctum, qui fecit cęlum,& terram, mare,& omnia, quæ in eis ſunt ; vt omnis virtus aduerſarii omnis exercitus Diaboli , omnis incurſus, & omne phantaſma inimici eradicentur, & effugiant ab hac creatura olei , & omnium herbarum , quæ in eo ſunt; ut ſit ignis ardens aduerſus omnes inſidias inimici, ut quicunq; unctus fuerit hac creatura Olei, ſit ſanitas,& ſinceritas ſuper eum,& ſpiritus maligni,& phãtaſticæ uiſiones, unctione huius olei ſeparentur,& elongentur ab eo. Per eum,qui venturus eſt iudicare uiuos, & mortuos,

& ſeculum per ignem. Amen.

¶ *Quando autem uſus prædicti olei exigetur, per octo, uel decem dies, unctionem continuabis. Et unaquaq; die unge patientem ex prædicto oleo in iſtis locis; Ad oculos, ad frontem, ad aures, in pectore, ad cor, ad pulſus manuum, ad manus, ad pulſus pedum, & ad pedes, & unguendo ſingula loca, dicas ſequentia uerba.*




Ego vngo te N. hoc oleo benedicto, & per iſtam vnctionem abſoluo te † ab omnibus Maleficiis, incantationibus ligaturis, ſignaturis, & facturis tibi arte Diabolica factis. In nomine Pa † tris, & fi † lii, & Spiritus † Sancti. Amen.

## APPLICABILE. 20.

¶ *Aquæ benedictio communis ad fugandum Diabolum, & aduerſa tollendum, cuius uſus eſt in aſperſione.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS SALIS.

EXorcizo te creatura ſalis per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † ſanctum; per Deum, qui te per Eliſeum Prophetam in aquam mitti iuſſit, ut ſanaretur ſterilitas aquæ, vt efficiaris ſal ezorcizatum in ſalutem credentium, vt ſis omnibus ſummentibus te ſanitas animæ, & corporis,& effugiat, atq; diſcedat a loco,in quo aſperſum fueris omnis phantaſia, & nequitia, uel uerſutia Diabolicę fraudis, omniſq; ſpiritus immundus, adiuratus per eum, qui uenturus eſt iudicare uiuos,& mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

## ORATIO.

IMmenſam clementiam tuam omnipotens æterne Deus humiliter imploramus, ut hanc creaturam ſalis, quam in vſum humani generis tribuiſti; benedicere †, & ſanctificare † tua pietate digneris, vt ſit omnibus ſummentibus ſalus mentis,& corporis:& quicquid ex eo tactũ, uel reſperſum fuerit, careat omni immũditia, omniq; impugnatione ſpiritalis nequitiæ.

quitiæ. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

## EXORCISMVS AQVAE.

EXorcizo te creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis †, & in nomine Ieſu Chriſti †, filii eius domini noſtri, & in virtute Spiritus Sancti †, vt fias aqua exorcizata ad effugandum omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis ſuis apoſtaticis. Per virtutem eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

## ORATIO.

DEus, qui ad ſalutem humani generis maxima quæq; Sacramenta in aquarum ſubſtantia cõdidiſti; adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuę benedictionis infunde, vt creatura tua miſteriis tuis ſeruiẽs, ad abigendos Dæmones, morboſq; pel-

lendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum; vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens, diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici; & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat, ut ſalubritas per inuocationem Sancti nominis tui expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

℣ *Hic mittat ſal in aquam in modum Crucis, ſemel dicendo.*

Commiſtio ſalis, & aquæ pariter fiat, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

## ORATIO.

DEus inuictæ virtutis author,& inſuparabilis Imperii Rex, ac ſemper magnificus triumphator, qui aduerſæ dominationis uires reprimis, qui inimici rugientis ſeuitiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te Domine trementes ac ſupplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam ſalis, & aquæ dignanter aſpicias, benignus illuſtres,pietatis tuæ rore ſanctifices,vt ubicunq; fuerit aſperſa, per inuocationem Sancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorq; venenoſi ſerpentis procul pellatur,& præſentia Sancti Spiritur nobis miſericordiam tuam poſcentibus, vbiq; adeſſe dignetur.Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit,& regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

## APPLICABILE 21.

¶ *Aqua, quæ in Feſto Ephiphaniæ Domini conſueuit in Eccleſiis ſolemniter benedici, habeatur quoq; ad Diabolum fu-*

*gandum, diabolicaq; tollendum, & ideo pro huiuſmodi uſu pie ſeruetur, uel priuatè benedicatur debita benedictione ſequenti, e Sacerdotali deſumpta.*

## RESPONSORIVM.

HOdie Cæli aperti ſunt, & Mare, dulce factũ eſt, Terra exultat, montes & colles lætantur; Quia a Ioanne in Iordane Chriſtus baptizatus eſt.

V. Quid eſt tibi mare, quòd fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum? Quia à Ioanne in Iordanne Chriſtus baptizatus eſt.

¶ *Finito reſponſorio ante alueum aquæ dicat Sacerdos.*

## ANTIPHONA.

Vox Domini ſuper aquas, alleluia; Deus maieſtatis intonuit Alleluia.

## PSALMVS.

AFferte domino filii Dei: afferto Domino filios arietum. Afferte domino glo-

no gloriam,& honorem aſſerte domino gloriam nomini eius, adorate dominum in atrio Sancto eius. Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit : dominus ſuper aquas multas. Vox domini in uirtute: uox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros; & confringet dominus cedros libani. Et comminuet eos tanquam uitulum libani,& dilectus quemadmodum filius unicornium. Vox domini intercidentis flammam ignis, uox domini concutientis deſertum: & commouebit dominus deſertum cades. Vox domini præparantis ceruos,& reuelabit condenſa: & in tẽplo eius oẽs dicent gloriã. Dominus diluuium in habitare facit: & ſedebit dominus Rex in æternum. Dominus uirtutem populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace. Gloria patri &c.

## ANTIPHONA.

In Eccleſiis benedicite dominum alleluia; de fontibus Iſrael alleluia.

benedictio ignis ad coniurationes instrumenta maleficialia. &c.

# DISPERSIO.

## PSALMVS.

EXurgat Deus, & disſipentur inimicꝰ eius:& fugiant qui oderunt eum à facie eius.Sicut deficit fumus deficiant:ſi cut fluit cera à facie ignis,ſic pereant pec catores a facie Dei. Et iuſti epulentur,& exultent in conſpectu Dei,& delectentur in lætitia. Cantate Deo pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei , qui aſcendit ſuper occaſum,dominus nomen illi.Exul tate in conſpectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum,& iudicis ui duarum.Deus in loco ſancto ſuo. Deus qui in habitare facit unius moris in domo.Qui educit uinctos in fortitudine: ſi militer eos,qui exaſperant , qui habitant in ſepulchris . Deus cum egredereris in conſpectu populi tui:cũ pertranſires in deſerto.Terra mota eſt , &.n. cęli diſtillaue runt a facie Dei Sinai , a facie Dei Iſrael Pluuiam uoluntariam ſegregabis Deus hereditati tuę: & infirmata eſt , tu uerò perfeciſti eam . Animalia tua habitabunt in ea : paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum euangelinantibus: virtute multa.Rex virtutum di-

lecti

lecti dilecti:& ſpeciei domus diuidere ſpolia.Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentate : & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dum diſcernit cæleſtis Reges ſuper eam ; niue de albabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis: ut quid ſuſpicamini montes coagulatos?Mõs in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo : etenim dominus habitabit in finem. Currus Dei decem millibus multiplex milia lætantium : dominus in eis in Sinai in Sancto . Aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in homi nibus.Etenim non credentes: in habitare dominum Deum . Benedictus dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum . Deus noſter Deus ſaluos faciendi : & domini domini exitus mortis. Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli perambulantium in delictis ſuis. Dixit dominus ex baſan conuertam: conuertam in profundum maris . Vt intingatur pes tuus in ſanguine: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Viderunt ingreſſus tuos Deus : ingreſſus Dei mei Regis mei, qui eſt in Sancto. Præuenerunt Prin

ceps

ceps coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarum. In Ecclesiis Benedicite Deo domino: de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus: in mentis excessu Principes Iuda duces eorum: principes Zabulon,& principes Nephtalin. Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem: tibi offerēt reges munera. Increpa feras arundinis cōgregatio taurorum in vaccis populorum; ut concludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella volunt: venient legati ex Egipto: Ethiopia præueniet manus eius Deo. Regna terrę cantate Deo: psallite domino. Psallite Deo qui ascendit super cælum cæli: ad orientem. Ecce dabit uoci suæ vocem virtutis: date gloriam Deo, super Israel magnificentia eius, & uirtus eius in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem,& fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus. Gloria patri, &c.

## ANTIPHONA.

Ipse liberauit me alleluia; de laqueo venantium alleluia.

Psal-

## PSALMVS.

QVi habitat in adiutorio altisſimi : in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet domino ſuſceptor meus es tu: refugium meum Deus meus ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium;& a uerbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pænis eius ſperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A ſagitta volante in die, a negocio pambulante in tænebris: ab incurſu,& dæmonio meridiano. Cadẽt a latere tuo mille,& decẽ milia a dextris tuis: ad te aũt non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis conſiderabis,& retributionem peccatorum uidebis. Quoniam tu es domine ſpes mea altisſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedet ad te malum : & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniã angelis ſuis mandauit de te: ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis. In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem. Quoniam in me ſperauit

*libe-*

liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum. Gloria Patri. &c.

¶ *Sacerdos genuflexus dicat.*

## LITANIAE.

KYRIE ELEYSON
CHRISTE ELEYSON.
CHRISTE AVDI NOS
CHRISTE EXAVDI NOS.

Pater de Cælis Deus. Miſere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. Miſ. nob.
Spiritus Sancte Deus. Miſ. nob.
Sancta Trinitas unus Deus. Miſ. nob.
Sancta Maria. Ora pro no.
Sancta Dei genitrix. Ora.
Sancta Virgo Virginum. Ora.
Sancte Michael. Ora.
Sancte Gabriel, Ora.
Sancte Raphael. Ora.
Omnes Sancti Angeli, & Archang. Orate
Oés Sãcti Beatorũ Spirituũ ordines. Oŕte

*Sancte*

Sancte Ioannes Baptiſta. Ora.
Oēs Sancti Patriarchæ,& Prophetæ. Or.
Sancte Petre. Ora.
Sancte Paule. Ora.
Sancte Andrea. Ora.
Sancte Iacobe. Ora.
Sancte Ioannes Ora.
Sancte Thoma. Ora.
Sancte Iacobe. Ora.
Sancte Philippe. Ora.
Sancte Bartholomee. Ora.
Sancte Mathee. Ora.
Sancte Simon. Ora.
Sancte Thadee. Ora.
Sancte Mathia. Ora.
Sancte Barnaba. Ora.
Sancte Marce. Ora.
Sancte Luca. Ora.
Oēs Sancti Apoſtoli,& Euang. Orat.p.n.
Omnes Sancti Diſcipuli Domini. Orate
Omnes Sancti Innocentes. Orate.
Sancte Stephane. Ora.
sancte Laurenti. Ora.
sancte Vincenti. Ora.
sancte Fabiane. Ora.
sancte Sebaſtiane. Ora.
sancti Ioannes & Paule. Orate.
sancti Coſma,& Damiane. Orate.

| | |
|---|---|
| sancti Geruasi,& Prothasi | Orate. |
| sancte Petre martir. | Ora. |
| Omnes sancti Martires. | Orate. |
| sancte siluester | Ora. |
| sancte Gregori. | Ora. |
| sancte Ambrosi. | Ora. |
| sancte Hieronime. | Ora. |
| sancte Augustine. | Ora. |
| sancte Martine. | Ora. |
| sancte Nicolae. | Ora. |
| sancte Bonauentura. | Ora. |
| sancte Ludouice | Ora. |
| Omnes sancti Pontifices, & Conf. | orate |
| Omnes sancti Doctores. | orate. |
| sancte Benedicte | Ora. |
| sancte Dominice. | Ora. |
| sancte Antoni. | ora |
| sancte Francisce. | ora. |
| sancte Thoma | ora. |
| sancte Vincenti. | ora. |
| sancte Bernardine. | ora. |
| omnes sancti Monachi,& Eremitæ. | orate |
| omnes sancti sacerdotes,& leuitæ. | orate |
| sancta Maria Magdalena | ora: |
| sancta Lucia | ora. |
| sancta Agata. | ora |
| sancta Agnes | ora. |
| sancta Cecilia. | ora. |

ſancta Catherina. ora.
ſancta Clara. ora.
ſancta Margarita ora.
ſancta Eliſabeth. ora.
ſancta Catherina de sænis. ora.
omnes ſanctæ Virgines,& Viduæ orate
omnes ſancti,& ſanctae Dei. Intercedite
Propitius eſto. Parce nobis domine.
Propitius eſto. Exaudi nos domine.
Ab omni malo. Libera nos domine.
Ab omni peccato. Libera nos domine
Ab ira tua. Libera nos domine.
A ſubitanea,& improuiſa morte. Libera.
Ab inſidiis Diaboli. Libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. Libera.
A cecitate cordis. Libera.
Ab inimicis noſtris. Libera.
A diebus malis. Libera.
A cruciatu famis. Libera.
A peſte, & clade. Libera.
A pœnis Inferni. Libera.
A periculo mortis. Libera.
A poteſtate diaboli: Libera.
A malis operibus. Libera.
A ſpiritu fornicationis. Libera.
A fulgure,& tempeſtate Libera.

A morte

A morte perpetua. Libera.
Per misterium sanctæ incarnationis tuæ. Libera nos domine.
Per Aduentum tuum. Libera.
Per natiuitatem tuam. Libera.
Per Baptismum, & sanctum ieiunium tuum. Libera.
Per crucem, & pasionem tuam. Libera.
Per mortem & sepulturam tuam. Libera.
Per sanctam resurrectionē tuam. Libera.
Per admirabilem ascensionem tuā. Libera
Per aduentum spiritus Sancti Paracliti. Libera nos domine.
In die Iudicij. Libera:
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt nobis Parcas. Te rogamus.
Vt nobis indulgeas. Te rogamus.
Vt ad veram pænitentiam nos perducere digneris. Te rogamus.
Vt eccleſiā tuam regere, & conſeruare digneris. Te rogamus.
Vt donum Apoſtolicum, & omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris. Te rogamus.

¶ *Sacerdos ſurgat, & dicat.*
Vt hanc aquam bene † dicere digneris. Te rogamus.

Vt

Vt hac aquam bene † dicere, & ſantifica-
re digneris. te rogamus.
Vt hanc aquam bene † dicere conſe† cra
re, & ſantificare digneris. te rogam.

¶ *Iterum genuflexus ſequatur.*

Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare di
gneris. te rogamus.
Vt Regibus, & Principibus Chriſtianis
pacem, & ueram concordiam donare
digneris. te rogamus.
Vt cuncto populo Chriſtiano pacem, &
unitatem largiri digneris. te rogamus.
Vt nos metipſos in tuo ſancto ſeruitio
confortare, & conſeruare digneris.
te rogamus.
Vt hodie, & ſemper ſine peccato nos cu
ſtodias. te rogamus
Vt mentes noſtras ad cęleſtia deſideria e-
rigas. te rogamus.
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſem-
piterna bona retribuas.
Vt animas noſtras, Fratrum, propinquo
rum, & benefactorum noſtrorum, ab
æterna dannatione eripias. te rogamus.
Vt fructus terræ dare, & conſeruare di-
gneris. te rogamus.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus,
Vt nos exaudire digneris. te rogamus
Fili Dei. te rogamus,
Agnus Dei qui tollis peccata mundi.
Parce nobis Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi.
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
kyrie eleiſon.

℣ *Dicitur ſilentio Pater Noſter, &c. uſq; ibi.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos a malo.
V. saluos nos fac domine Deus noſter.
R. Et congrega nos de nationibus.
V. Vt confiteamur nomini ſancto tuo,
R. Et gloriemur in laude tua.
V. Benedictus Dominus Deus Iſrael a ſeculo.
R. Et uſq; in ſeculum fiat,

℣ *Suſ-*

¶ *Sufflat in aquam tribus uicibus ſic dicendo.*

Exufflo te omnes legio ſathanæ in nomine Patris †, & filii †, & ſpiritus ſancti, † R. Amen.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura aquæ in nomine Pa † tris, & Fi † lii, & spiritus † sancti: ne communis ſis ullo ſpiritui immundo: ſed dabis honorem uiuenti, atq; regnanti Patri,& Filio,&Spiritui ſancto: & ubicunq; aſperſa fueris, ſpiritus immundus ab eo loco recedat,Itaq; adiuro te creatura aquæ in nomine Ieſu Chriſti Nazareni filii Dei uiui,regis, & iudicis noſtri, ut ſis purgatio,& ſanctificatio hominum, quos Deus ad ſuam ſanctam gloriam uocare dignatus eſt. Te ergo in uoco domine ſancte pater omnipotens æterne Deus,ut hanc aquam exorcizare, & bene † dicere pro tua pietate digneris, ut omnis immundus ſpiritus locum in ea ulta non habeat, ſed ubicunq; aſperſa fuerit,Angelorum tuorum ibi deſcendat

exercitus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen

Lectio libri Numeri.

IN diebus illis: conuenerunt filii Iſrael ad Moiſem, & Aaron, & verſi in ſeditionem dixerunt. Da nobis aquam, ut bibamus. Ingreſſus Moiſes, & Aaron, dimiſſa multitudine ante tabernaculum fæderis, corruerunt proni in terrã, clamaueruntq; ad dominum, & dixerunt. Domine Deus exaudi clamorem populi huius: & aperi eis theſaurum tuum fontem aquę uiuæ vt ſanati, ceſſet murmuratio eorum, & apparuit gloria domini ſuper eos.

## GRADVALE.

VLtimo feſtiuitatis die dicebat Ieſus, Qui in me credit: flumina de ventre eius fluent aquę uiue. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi errant credentes in eum, alleluia, alleluia.

℣. Si quis ſitit ueniat, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ uiue. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant cre-

dentes

dentes in eum, alleluia, alleluia.

℣. Vox domini ſuper aquas Deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas.

Lectio ſancti Euangelii ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus, & clamabat dicens. Si quis ſitit, veniat ad me,& bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de ſpiritus quem accepturi erant credentes in eum.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura aquæ per Deũ viuum, per Deum verum, per Deũ ſanctum: per Deum totius creaturæ, vt te mundam exibeas contra omnem morbum, atq; inſidias inimici,atq; diabolicas poteſtates: vt vbicunq; aſperſa fueris, ſit proprio Deo defenſa domus ipſa, ſicut defenſæ fuerunt in Egipto domus Hebreorum per ſignum ſanguinis agni: ſic defendatur domine domus famulorum,famularumq; tuarum per aſperſionem huius

aquæ in ipſius nomine te exorcizo, qui verbo ſuo fontem manare præcepit; Et in ipſius nomine te Exorcizo, qui filios Iſrael per medium mare eduxit. In ipſius nomine te exorcizo qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus ambulauit. In ipſius nomine te exorcizo, quem Ioannes in te baptizauit: ut omnis ſpiritus erroris, & omnes fantaſiæ Demonum per te aſperſæ fugiãt, & ſeparentur de eodem loco. Per Chriſtum dominum noſtrum, qui uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. ℟. Amen.

## SEQVITVR EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura aquę in no† mine Dei Pa† tris omnipotentis, & in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti †, ut omnis immundus ſpiritus, uel incurſio Sathanæ ſeparetur a te creatura aquæ. Proinde ergo efficearis aqua exorcizata ad effugandum omne phantaſma inimici: & ipſum inimicum effugare, & eradicare ualeas, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui cum eodem, & ſpiritu Sancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum: ℟. Amen.

*Oratio.*

## ORATIO.

BEnedic domine hanc aquam Benedictione cæleſti : & aſſiſtat ſuper eam uirtus ſpiritus Sancti; vt ubicunq; aſperſa fuerit, longe recedat virtus inimicorũ: vmbra phantaſmatum: incurſio turbinũ; percuſſio fulminum: leſio tonitruorum: calamitas tempeſtatum : omnis ſpiritus procellarum : teq; ipſum omnipotentem deprecamur, qui uiuis, & regnas per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

## ORATIO SVPER SALEM.

Salis.

VIrtutis tuæ inuictam fortitudinem deprecor domine ſancte pater omnipotens æterne Deus ſuper hoc ſal: qui non minimam gratiam conferre dignatus es, ut ex illo poſſint uniuerſa condiri, quæ hominibus ad eſcam per tuum filiũ dominum noſtrum procreari iuſſiſti: per quem te domine ſupplices exoramus, ut ſal iſtud ſancti† ficare, bene† dicere, & conſe† crare pro tua pietate digneris : vt ex vultu diuinæ Maieſtatis tuæ virtutẽ tuam contra omnes immundos ſpiritus poſſit accipere, expellat de tabernaculis

famulorum, famularumq; tuarum quicquid poteſt peſtiferum eſſe, & exhibeat plenum ſalutis effectum: deterreat præſtigia, fantaſiaſq; compeſcat per ſignum ſanctæ cru † cis filii tui domini noſtri: tutelam fidelisſimam deſiderantibus præſtet per hoc tuum domine ſignaculum †, q̃ nullius dolus, nullius pertinacia deſignauit. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Salis.

## ALIA BENEDICTIO SALIS.

BEnedico te creatura ſalis in nomine Pa † tris, & Fi † lii, & ſpiritus Sancti, qui te ad tutelam humano generi procreauit & populo uenienti ad credulitatem per ſeruos ſuos conſecrari præcepit; Proinde rogamus te domine Deus noſter, vt hæc creatura ſalis in nomine Sanctæ Trinitatis, efficiatur ſalutare Sacramentum: ſitq; perfecta medicina in viſceribus fidelium tuorum: Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem, ℟. Amen.

Oratio

## ORATIO SVPER SAL.

INtuere domine hanc creaturam ſalis, quam vſibus humani generis tribuiſti: & petimus omnipotens æterne Deus, vt ſignum cru † cis vnigeniti filii tui domini noſtri, ubi aſperſa fuerit aqua hoc ſale commixta: ſit efficax ad euacuandum omnem inimici aduerſariam poteſtatem. Cõ ſumet,& arefaciat, nihilq; remaneat immundum, nihil peſtiferum, ſed ad inuocationem nominis tui,ſit nobis mundum, ac benedictum. Per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculũ per ignem.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura ſalis, per Deũ † verum, per Deum † ſanctum, per Deum † totius creaturæ: qui te per Heliſeum prophetam in aquam mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ qui per Apoſtolum Paulum dicere dignatus eſt. Sit cor ueſtrum ſale conditum. Ideoq; efficere ſal ad euacuandum, & expellendum inimicum, omnemq; uirtutem, & putredi-

nem

nem eius, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui viuit, & regnat.

Dominus, & Saluator noſter Ieſus: antequàm ad cælos aſcenderet, Apoſtolis ſuis mandauit dicens. Habete in uobis ſal, & pacem habete inter uos.

¶ *Hìc ponat ſal in aqua dicens.*

HAEc commixtio ſalis, & aquæ pariter fiat in nomine pa † tris, & fi † lii, & ſpiritus † ſancti: & in virtute domini noſtri Ieſu Chriſti: cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura ſalis, & aquæ in nomine Pa † tris, & Fi † lii, & ſpiritus † Sancti. Exorcizo te per Deum viuũ. Exorcizo te per Crucifixum. Exorcizo te per ſpiritum Sanctum. Per eum te exorcizo, qui per Heliſeum Prophetam in aquam mitti iuſſit dicens. Hęc dicit dominus ſanabitur aqua iſta, & non erit in ea mors, neq; ſterilitas. Per ipſius nomen te adiuro, qui diuina uoce oris ſui Apoſtolis ſuis loquutus eſt dicens. Vos eſtis ſal

*terræ*

terræ & cor veſtrum ſale ſit conditum; vt omnes, qui ex te ſumpſerint, ſint ſanctificati in animabus,& corporibus: ut ubi cumq; aſperſa fueris, effuges inimicum, & præſtes omnibus remiſsionem peccatorum, expellas inſidias, & excludas omnes demonum tentationes. Te autem conditor,& reſtaurator omnium ælementorum tuorum: qui hęc fluenta nomine tuo ſanctificata ad purgationem locorum proficere iuſſiſti, depræcor ut nominis tui inuocata maieſtate, gratiam ſpiritus Sancti hæc aqua accipiat, valeatq; ad expellendas diabolicas artes, per manus ſeruorum tuorum aſperſa, per ſanctificationem, quã tu domine ſanctificãdo ſanctificas;& benedicendo benedicis: ut omnis immundus ſpiritus aſperſione huius aquæ repulſus, & perfuſus diſcedat; & omnis incurſus ſathanæ, & omne phantaſma, omniſq; immunditia,& putredo inimicorum longè recedat: nec conſiſtendi,aut commorandi,ſed uictus, ac deſtructus abſcedat Diabolus cum omni pompa ſua. Per uirtutem,& gloriam domini noſtri Ieſu Chriſti, qui uiuit,& regnat cum Patre, & ſpiritu ſancto,per omnia ſecula ſeculorum, R. Amen.

¶ Exor-

¶ *Exorciſmus ſuper aquam ſale conſperſam.*

EXorcizo te creatura aquæ ſale conſperſa, per Deum uiuum, & per Deũ totius creaturæ: qui te in principio ſeparauit ab arrida, & in quatuor fluminibus diuidere dignatus eſt: ut ubicunq; portata uel aſperſa fueris effugetur, & ſeparetur inimicus, & omnis putredo eius; ut ipſa domus Deo ſit dicata per uirtutem domini noſtri Ieſu Chriſti: qui uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem.

Te autem creatura aquæ adiuro per Deum uerum, per deum ſanctum, per eũ te adiuro, qui te in principio ſeparauit ab arida. Adiero te per Deum uiuum, qui te de fonte Paradiſi manare, & in quatuor fluminibus exire iuſſit.

¶ *Hic diuidat æquam in quatuor partes.*



ET totam terram rigare præcepit. Adiuro te per eum, qui te in chana Galileæ ſua potentia conuertit in uinum. Qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus ambulauit: qui tibi nomen impoſuit Siloa. Adiu

ro te

ro te per eum qui in te Naaman Syrum a ſua lepra per manum Heliſei Prophetæ mundauit.

¶ *Hic tangat aquam dicens.*

AQua Sancta: aqua benedicta: aqua lauans ſordes, & mundans peccata. Adiuro te per Deum uiuum, ut te mundam exhibeas, nec aliquam fantaſiam in te retineas, ſed efficiaris exorcizata ad effugandum inimicum, & omnes ictus fulguris, & ubicumq; aſperſa fueris, ſiue in domo, ſiue in agro, ſiue in uineis, ſiue in ſeminatis campis, ſiue in fructibus, ſiue in angulis cubiculorum, ſiue in nauibus, ſiue in puteis: uel ſi quis ex te guſtauerit, fias ei defenſio, & remedium ſanitatis, ipſe quoq; diabolus elongetur, & ſeparetur ille immundus ſpiritus ab habitationibus famulorum, famularumq; Dei: per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, qui uiuit, & regnat cum patre, & ſpiritu Sancto.

℣. Per omnia ſecula ſeculorum.
R. Amen.
℣. Dominus uobiſcum.
R. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Sur

℣. surſum corda.
R. Habemus ad dominum.
℣. Gratias agamus domino Deo noſtro.
R. Dignum & iuſtum eſt.

OVerè dignum & iuſtum eſt æquũ, & ſalutare. Nos tibi ſemper, & ubiq; gratias agere: Domine Deus Cæli & terrę, cuius uirtuti ſubdita ſunt uniuerſa. Cuius Verbo creata ſunt oĩa, deſuper mitte queſumus uirtutem ſpiritus ſancti ſuper hanc creaturam, ut fiat aqua ſanctificata, in nomine Patris, & Filii, & ſpiritus † ſancti. Te igitur omnipotens Deus, altiſſima ſalus, & reſpector perpetuus humiliter rogamus, ac petimus, ut nos exaudias, & miſereariſ, præcibus noſtris, quatenus ubicunq; hæc aqua aſperſa fuerit, fiat te iubente cauſa purificationis, habeat quoq; perpetuam gratiam ipſa domus, fidem rectam, ſpem certam, charitatem perfectam, gaudium uerum, honorem perpetuum, ut omnes maliuoli, inuidi ſpiritus ab ea expellantur, & ſeparentur. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Iterum te alloquor aqua, quæ habes lucis ſimilitudinem: tu ſub Cælo, tu ſuper

cælum,

cælum,tu ſub terra,tu ſuper terram,ſuper te in uoco nomen ſanctum,atq; mirabile Dei omnipotentis, qui te ſua potentia conuertit in uinum, ſuſpendit ſuper cælos, congreuauit in terra,miſcuit in mari. Qui te archanis, & uelocibus uentis pluere prȩcepit; & ad uſum hominum lauacrum dedit,& ſitientibus potum ſub miniſtrauit. super aquam etiam spiritus Domini non ſolum ferebatur, ſed etiam fertur. Adiuro ergo te creatura aque per ſepti formen ſpiritum Dei uiui. Adiuro te per nouẽ ordines Angelorũ. Adiuro te p uocẽ tonitrui corruſcationis tremendi, & cæleſtis regis. Adiuro te per lignum miſterii, de quo aqua percuſſa, ſtatim dulcis facta eſt. Adiuro te per eum, qui omnia creauit ne contemnas uocem humilitatis meæ, ſed expellas omnem umbram omnes ſatellites aduerſariorum, omnes machinationes Diaboli, ſiue ſpirituum immundorum, ſiue damnatorum, ſiue errantium, ſiue ex inuocatione magicæ artis, ſiue prȩcantatorum argumenta, ſiue draconum,& omnium volucrum, vel uiperarum: quia imperat tibi dominus Ieſus Chriſtus filius Dei uiui, quod mox ut aſperſa fueris in nomine Dei ſabbaoth,

ſiue in

siue in hominibus, siue in domibus, sſue in uineis, siue in pecoribus, uel quibuslibet animantibus, siue in seminatis campis, siue in qualicunq; creatura uniuersali, quocunq; loco aſperſa fueris, siue ſuper infirmum, vel languentem, siue in potum data fueris homini in ualitudine detento, aut maligni ſpiritus infeſtatione pcuſſo, mox expellas, & excludas omne malignum, ut poſsit homo uelocius ſaluus fieri, per virtutem domini noſtri Ieſu Chriſti: quia neq; dici, neq; ſcribi, neq; compitulari poteſt, cui nomen eſt Dei. Tu autem domine, qui per Angelum tuum fontem Agar oſtendiſti, & ex eo Iſmael ſitientem potaſti. Qui pueri tui Abrahæ in Meſopotamia præces exaudiſti, & omnia deſideria cordis eius impleuiſti. Qui famulo tuo Moyſi in deſerto æremi petram percutere, & ex ea aquam producere, & populum rigare iuſſiſti.

*¶ Ter dicatur ſequens uerſus.*

Qui aquam amaram immiſſo ligno dulcoraſti.

An-

## ANTIPHONA.

BAptizatur Chriſtus, & ſanctificatur omnis mnndus, & tribuit nobis remiſſionem peccatorum; aqua, & Spiritu omnes purificamur.

## ANTIPHONA.

BAptizat miles regem, ſeruus dominum ſuum, Ioannes Saluatorem, aqua Iordanis ſtupuit, columba proteſtatur, paterna uox audita eſt: Hic eſt filius meus.

¶ *Sacerdos dicat hanc orationem.*

BEnedicere, & ſanctificare digneris domine hanc creaturam aquæ in nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † Sancti: & vbicunq; aſperſa fuerit in nomine tuo, omnes iaculationes ſæuas inimici expellat. Illud etiam rogamus, & petimus Deus omnipotens; vt ſicut ad domum Raguelis Sanctum Angelum tuum Raphaelem mittere dignatus es, vt Aſmodeum demonem alligaret: ſimile quoq; beneficium domibus noſtris donare di-

gneris: vbicunq; hæc vnda aſperſa fuerit, numquàm malignus ſpiritus in eadem domo conſiſtendi, vel commorandi habeat poteſtatem; ſed confuſus protinus,& deſtructus abſcedat. Per Chriſtum dominum noſtrum: per quem maieſtatem tuã laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates. Cæli cælorumq; virtutes, ac beata Seraphim, ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtra voces, ut admitti iubeas, deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes. Sanctus: Sanctus:Sãctus:dominus Deus Sabbaoth: pleni ſunt Cęli & terra gloria tua. Oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine domine. Oſanna in excelſis.

¶ *Sequitur Sacerdos.*

EXorcizo te ſpiritus immunde per deum viuum, qui fecit cælum,& terram; mare, & omnia quę in eis ſunt: vt omnes virtutes aduerſarii, omnes exercitus Diaboli, omnes incurſus,omne fantaſma inimici eradicentur, & effugiant ab hac creatura ſalis & aquæ, ut ſit ſancta, & ſalutifera: & ignis ardens aduerſus omnes inſidias inimici; & vbicumq; porta

ta, nel

ta,uel aſperſa fuerit hæc creatura ſalis,& aquæ: ſit ſanitas,& ſinceritas, & corporis medicina; ut effugiat omnis infirmitas.Fulgura quoq;, & grandines ab aſperſione huius aquæ ſeparentur, effugiant,& elongentur per eum,qui venturus eſt iudicare uiuos,& mortuos, & ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Verè ſanctus, verè benedictus, terribilis metuendus, & adorandus es domine Deus noſter : ab occultis noſtris munda nos,& ab alienis parce ſeruis tuis; vt cum fiducia valeamus dicere orationem illam regalem : quam dominus , & Saluator noſter per Euangelium ſuum orare docuit dicens.

Pater noſter qui es in cęlis. &c.

℣ Vſq; ad illud.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo. ℟. Amen.

LIbera nos queſumus domine ab omnibus malis,pręteritis, præſentibus, & futuris. Libera nos queſumus domine famulos,& famulas tuas a gladio, a fame, a tentatione Diaboli, a percuſſione ſeculi, ab infirmitatibus malis: Per liberato-

rem, & redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, &c.

Domine Sancte Pater, omnipotens æterne Deus: Pater domini noſtri Ieſu Chriſti, Deus Abraam: Deus Iſaac, Deus Iacob: exorcizantem me iſtam creaturam ſalis, & aquæ: præcor te, ut exaudire digneris in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni filii tui, Dei uiui, regis, & iudicis noſtri: ut ſit purgatio, & purificatio omnibus hominibus, atq; in eis, quibus aſperſa fuerit, habeat poteſtatem ad effugandos immundos, & phantaſmaticos ſpiritus, & omnem nepharium Diabolum, atq; omnes figuras, & minas Sathanæ, concedatur etiam ei poteſtas ad exterminandum fulgura, & grandines, & omnes aduerſitates humanæ naturæ: ut nō poſſit immundus ſpiritus nocere his locis, in quibus aſperſa fuerit; ſed confuſus, & deſtructus abſcedat: Per uirtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti regis noſtri. Qui cum Deo patre uiuit, & regnat. &c.

Adiurote creatura ſalis, & aquæ in nomine Pa† tris, & fi† lii, & Spiritus† Sancti. Adiuro te in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: qui ſuper te ſuis ſanctis pe-

dibus

dibus ambulauit. Adiuro te per eum, qui te de fonte paradiſi produxit. Adiuro te per eum, qui Apoſtolis ſuis præcepit dicens. Ite Baptizate omnes gentes in nomine Patris,& Filii, & Spiritus Sancti. Per ipſius nomen te adiuro, vt vbicumq; aſperſa fueris, omne phantaſma de domo ipſa,& omnis incurſio diaboli eradicetur, & effugiat; per deum viuum, per deum verum, per deum totius creaturę, ut neq; hominibus, neq; domiciliis,neq; nauibus, neq; pecoribus, neq; frugibus, neq; arboribus noceat.Per dominum noſtrum,qui uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Deus qui ad ſalutem humani generis maxima quæq; Sacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene † dictionis infunde,vt creatura tua miſteriis tuis ſeruiens,ad abigendos demones, morboſq; pellendos,diuinæ gratiæ ſummat effectum:vt quicquid in domibus, uel in locis fidelium hæc unda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens;di-

ſcedant omnes inſidiæ latentis inimici:& ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuideat aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat, atq; diſcedat: vt ſalubritas per inuocationem tui nominis expetita, ab omnibus impugnationibus ſit defenſa. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.&c.

Benedictio Dei Pa† tris, & Fi† lii, & Spiritus † Sancti deſcendat ſuper hanc creaturam ſalis, & aquæ. Amen.

¶ *Hic Sacerdos aſpergat aquam ſuper ſe dicens.*

## ANTIPHONA.

Aſperges me domine hyſſopo,& mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

## PSALMVS.

MIſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam. Gloria patri & filio,& ſpiritui Sancto. Sicut erat in principio & nunc ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

¶ *De-*

¶ *Deinde dicat.*

℣. Oſtende nobis domine miſericordia tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

## OREMVS.

PReſta quęſumus domine famulis tuis per hanc aſperſionem aquæ benedictæ, ſanitatem mentis: integritatem corporis: tutelam ſalutis: ſecuritatem ſpei: corroborationem fidei: charitatis fructū: hìc & in æterna ſecula ſeculorum. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

## ORATIO.

EXaudi nos domine, Sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cælis, ut cuſtodiat, foueat, protegat, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sequentia Sancti Euangelii ſecundum Lucam.

FActum eſt autem cum baptizaretur omnis populus: & Ieſu Baptizato, & orante: apertum eſt Cęlum, & deſcendit Spiritus Sanctus corporali ſpetie, ſicut columba in ipſum. Et uox de Cælo facta eſt: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, ut putabatur filius Ioſeph. Qui fuit Heli: qui fuit Mathath: qui fuit Leui: qui fuit Melchi: qui fuit Iamng: qui fuit Ioſeph: qui fuit Matathię: qui fuit Amos: qui fuit Naum: qui fuit Heli: qui fuit Naggæ: qui fuit Naath: qui fuit Mathathię: qui fuit Semei: qui fuit Ioſeph: qui fuit Iuda: qui fuit Ioanna: qui fuit Reſa: qui fuit Zorobabel: qui fuit Salathiel: qui fuit Neri: qui fut Melchi: qui fuit Addi: qui fuit Choſan: qui fuit Helmodan: qui fuit Her: qui fuit Ieſu: qui fuit Eliezer: qui fuit Iorin: qui fuit Matath: qui fuit Leui: qui fuit Simeon: qui fuit Iuda: qui fuit Ioſeph: qui fuit Iona: qui fuit Eliachim: qui fuit Melcha: qui fuit Menna: qui fuit Matatha: qui fuit Nathan: qui fuit

*Dauid:*

Dauid: qui fuit Ieſſe: qui fuit Obeth: qui fuit Booz: qui fuit Salmon: qui fui Naaſon:qui fuit Aminadab: qui fuit Aram:qui fuit Eſron: qui fuit Fares: qui fuit Iudę: qui fuit Iacob: qui fuit Iſaac: qui fuit Abraam: qui fuit Thærę:qui fuit Nachor: qui fuit Seruch: qui fuit Ragau: qui fuit Phalech: qui fuis Eber: qui fuit Sale: qui fuit Caynam: qui fuit Arphaxat:qui fuit Sem: qui fuit Noe: qui fuit Lamech: qui fuit Matuſalem: qui fuit Enoch:qui fuit Iareth:qui fuit Malaleel:qui fuit Caynam: qui fuit Enos, qui fuit Seth: qui fuit Adam: qui fuit Dei. Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto regreſſus eſt a Iordane.

¶ *Quo finito Sacerdos dicit; Te Deum Laudamus. uſq; ad finem.*

## APPLICABILE 22.

¶ *Balneum pro maleficiata perſona abluenda,eiuſq; benedictio ad maleficia exterminanda,& Dæmones abdicandos.*

Recipe { Cineris oliuarum &
Aquæ fluminis. Ana quantum ſuffi-

sufficit ad liſciuiũ tenuis acritatis parãdũ.

¶ *Quo Parato.*

Recipe. Rutæ. Sabinæ. Hipericonis. Palmæ Chriſti. Arthemiſiæ. Verbenæ. Ariſtolochiæ rotundæ } Ana Manip. 1.

¶ *Et omnia in liſcinio prædicto fac ferueſcere, et in uaſe ad ablutionem totius corporis humani aptum, infundere, inde re frigeſcere permittantur uſq; ad tepiditatem; & tunc præparatio talis, benedicatur benedictione ſequenti.*

V. Adiutorium noſtrum in nomine domini.

R. Qui fecit Cælum & terram.

## EXORCISMVS.

*Exod. 30.* EXxorcizo te unda condita Balnei, per Deum Patrem † per Deum Filium † per Deum Spiritum Sanctum †

per

per Deum qui tibi ſimile lauacrum Moiſi ſeruo ſuo fieri mandauit dicens. Facies labium æneum cum baſi ſua ad lauandũ. Per Deum, qui lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Per Deum qui nos per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, in filios adoptionis accepit, ne tibi aliquid commune ſit cum ſpiritibus immundis, ſed ſanctificeris, ut ſis Chriſtifidelium purgatio, & immundorum ſpirituum abdicatio, atq; malefi ciorum, ab homine, ſiue a Diabolo tantũ factorum, exterminatio; ita ut, quicunq; ex te corpus ſuum lauerit, diuinam in te uirtutem ſentiat affuiſſe. Per eum, qui uenturus eſt iudire uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

OVnctipotens æterne Deus ante cuius conſpectum tremunt Angeli, & infernus ululat qui Iudith ancillæ tuæ, quę corpus ſuum lauerat, & ornauerat, tãtam gratiam donare dignatus es, ut Holofernicida fieret, & populum tuum ab ob *Iud. 13:*

*ſidione*

ſidione liberaret; benedicere† ,& ſanctificare dignare hoc ablutionis genus , ut quiſquis ex eo corpus ſuum lauerit,ualeat Holofernis infirmi uirtutem interimere, & ab eius uexatione liberari,atq; ab omni maleficiorum genere , miſericorditer, te præſtante ſaluari. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum,qui aqua in pelui miſſa, Diſcipulorum ſuorũ pedes humiliter lauit, & tecum uiuit, & regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus,per omnia ſecula feculorum. Amen.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

FINIS PRIMAE SECTIONIS

Verte folium & sequere

Diſper-

# DISPERSIONIS DEMONVM,

Quae Secunda pars eſt Practicae Exorciſtarum.

F. VALERII POLIDORI
*Patauini, ord. min. conuentualium Artium, & Sacræ Theologiæ Doctoris.*

Probatiſsima Remedia, Obſeſsis per Maleficium, continens applicanda.

Sectio Secunda.

## *APPLICABILE PRIMVM.*

¶ *Olei benedictio ad cibos condiendum, e Sacerdotali deſumpta.*

V. Adiutoriũ noſtrũ in nomine domini.
R. Qui fecit Cælum & Terram.

*Exor-*

Olei benedictio ad cibos condiendos.

## EXORCISMVS.



EXorcizo te creatura Olei per Deum Patrem † omnipotentem, qui fecit Cęlum, & Terram, & omnia, quæ in eis ſunt. Omnis uirtus aduerſari, omnis exercitus diaboli, & omnis incurſus, omne phantaſma Sathanæ eradicare, & effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo uſi fuerint, ſalus mentis, & corporis. In nomine Dei † patris omnipotentis, e Ieſu † Chriſti filii eius Domini noſtri & ſpiritus † ſancti paracliti. Et in charitate eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

DOmine Deus omnipotens, cui aſtat exercitus Angelorum cum tremore, quorum ſeruitium ſpirituale cognoſcitur; dignare reſpicere, & bene † dicere,

quam

& ſanctı † ficare hanc creaturam olei : quam ex oliuarum ſucco eduxiſti, & ex eo infirmos inungi mandaſti: preſta quę-ſumus, ut hi qui hoc oleo, quod in tuo nomine benedicimus † uſi fuerint, ab omni languore omniq; infirmitate, atq; cunctis inſidiis inimici liberentur, & cunctę aduerſitates ſeparentur a plaſmate tuo, quod precioſo ſanguine filii tui redemiſti, ut numquàm ledatur a morte ſerpentis antiqui. Per eundem dominum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum.

℟. Amen.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

## APPLICABILE: 2.

¶ *Panis ad comedendum benedictio, contra Diaboli nequitiam, & maleficiorum turbinem.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

Exor-

Panis benedicti

## DISPERSIO.

Panis benedicti

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura panis, qui in vſum humani generis, ex diuina largitione, & humana diſpoſitione, pro vita uſq; in finem ſeruanda, parari conſueuiſti; per dominum Deum altiſſimum, in cuius honore Melchiſedech Rex ſalem eius Sacerdos te cum vino protulit, dum benediceret Abraam Deo excelſo, qui creauit cælũ, & terram; Quiq; filiis Iſrael quintodecimo die menſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de terra Aegipti, in deſertum ſin, murmurantibus contra Moiſen & Aaron, pluit panes per circuitum caſtrorum; vt benedicaris † & ſanctificeris †, & in teſtimonium diuinæ virtutis, quicumq; ex te ſumpſerit, & comederit, careat omni infeſtatione Diabolica, atq; vexatione malefica, ut ita in anima ſicut in corpore confortatus, omne nociuum ab eo expellatur; per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

Gen. 14.

Exo. 16.

V. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te ueniat.

Oratio.

## ORATIO.

PAter noſter, qui es in Cælis:& domini noſtri Ieſu Chriſti, quem miſiſti in terris,vt mundum ſua paſſione,& morte redimeret, & bonis actibus informaret, in quorum numero voluit etiam orationis vſum conferre, ideo orandi formulam dum traderet, inter cętera poſtulanda, panem noſtrum quotidianum nobis dandum per ſingulos dies petendum cenſuit; Arq; in eadem Panis ſpecie cum duobus piſcibus,copioſæ multitudini in mõte copioſiſſimam menſam parauit, ſuppliciter imploramus abundantiam pietatis tuæ ſuper hunc panem, ut ipſum benedicere †, ſanctificare †, digneris ad omne genus Dæmoniacum, cum Maleficiis quibuſcunq; de eo pellendum, qui ex eo ſumpſerit, & guſtauerit, pro gloria nominis Sancti tui, qui cum vnigeto Filio tuo, & ſpiritu Sancto vnus es Deus, vnus es dominus,& viuis, & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

*Matt.6. Luc. 11. Ioan.6.*

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

## DISPERSIO

*¶Carnis Aedi benedictio pro obsessi nutrimento, atq; maleficii, & dæmonis detrimento.*

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini:
℟. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

Leu. 23. EXorcizo te nutrimenti præparatio præsens per dominum Deum omni potentem trinum, & vnum, qui carnis hostiæ gratiarum eadem immolationis die comedi mandauit: & in sanctificatione primitiæ messis Agnum anniculum cedi in holocaustum iussit, vt sis omnibus sumentibus te sanitas mentis, & corporis: & inuisibilium, atq; visibilium hostium propulsatio; ac maleficiorum omnium extirpatio; sis tutela salutis: sis clypeus fortis: sis murus inexpugnabilis ad omnem virtutem virtuti diuinę rebellē, diuinitus repellendam. Per eundem Deū, & dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

*Oratio.*

## ORATIO.

OMnipotens æterne Deus qui per Moiſem ſeruum tuum filiis Iſrael, carnes aſſas igni ædi abſq; macula, maſculi anniculi, comedi mandaiti: benedicere † & ſanctificare † digneris hanc nutrimenti præparationem, & propitius concedere, ut dum ſuperbit impius tuæ diuinæ maieſtatis aduerſarius,& de inhabitatione in humanis corporibus gloriatur,a ſuo deſiderio fraudetur, & compræhendatur in conſiliis, quibus cogitat diu nocere, vel perſonali ſua inhabitatione, uel malefica inſeſſione, illis ſuo impetu perturbatis, qui carnes præſentes ſumpturi ſunt. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui carnem ſuam verè cibum,& ſanguinem potum eſſe nos docuit,& uiuit,& regnat in ſecula ſeculorum. Amen. *Exod. 12*

## *APPLICABILE. 4.*

*¶Vini benedictio pro maleficiatis nutriẽdis, & maleficiis Diabolicisq; quibuſcunq; infeſtationibus deſtruendis.*

## DISPERSIO

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini.

℟. Qui fecit cælnm, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura vini per Deum ęternum, qui per Moisem seruum suum die consecrationis manipuli spicarum primitiæ messis filiis Israel mandari præcepit, ut liba quoq; vini quartæ partis Hin offerretur in sacrificium, vt efficiaris sicut corporum nutrimentum, ita maleficiorum quorumcumq; detrimentum: & quicumq; ex te sumpserit,& gustauerit corde lętificetur in domino, & firmetur in bono, ad Diabolum confundendum, & Maleficium comminuendū, atq; in perpetuum dissipandum, & per eum, qui venturus est iudicare uiuos,& mortuos,& seculum per ignem. Amen.

*Leuit. 23.*

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

## ORATIO.

DOmine Deus omnipotens refugiū nostrum, cuius filius incarnatus, se vitem veram affirmauit, & talis affirma-

tionis

tionis misterium sua omnipotenti virtute in Chana Galileæ, inuitatus ad nuptias, cum ex aqua sex lapideas Hydrias, capientes singulas metretas binas, vel terras, implente vinum feciſſet, declarauit te suppliciter exoramus, vt benedicere † & sanctificare digneris præsens vinum ad euertendum fortitudinem, & adiutorium Diaboli, etiam Maleficio contra humanas creaturas tuas, ut incantationes destruantur, & sedes nequisimi in terra collidantur: Per eundem filium tuum Iesum Christum dominum nostrum, qui tecum uiuit, & regnat in vnitate spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen. Ioan. 2.

¶ *Aspergatur aqua benedicta.*

---

## APPLICABILE. 5.

¶ *Aquæ benedictio, pro obsessis potandis, quando ex decreto medicorum, vinum ipsis inter dicitur, contra maleficia, Diabolumq;.*

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

## DISPERSIO.

℟. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura aquę in ſede elementalium ſimplicium corporũ, a ſummo rerum omnium Opifice conſtitutæ, per eundem creatorem tuum, cuius ſpiritus in creatione Cæli, & terræ ferebatur ſuper aquas, poſtea firmamento diuiſas, ut diuinæ efficiaris uirtutis inſtrumentum ad minorandum dies temporis durationis Maleficiorum omnium, pęnitusq; deſtruendum, & ad nocentem Diabolum confuſione perfundendum in illis, qui te ſunt poculo recreandi, ita ut, ſic illis diuinæ aſſiſtentiæ gratia mentis & corporis concedat leuamen ſicut tu perfunderis in uentre ad obſeſſorum ſolamen. Per eum, qui uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

Gen. 1.

℣. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

DOmine Deus ſalutis noſtræ, quem laudant Aquæ omnes, quæ ſuper cælos

Num. 20.

cælos ſunt,& in cuius uirtute Moiſes ſeruus tuus filiis Iſrael, cum percuſſiſſet uirga bis ſilicem aquas largiſſimas ita ut biberet populus, & iumenta, egredi fecit; ſuppliciter imploramus abundantiam pietatis tuæ,ut benedicere † & ſanctificare † digneris hanc creaturam tuam aquę,ut quicumq; ea ſitis ardorem extinxerit, & uſus in cibis fuerit,ubertatem clementiæ tuæ gaudeat affuiſſe; quatenus omnes inſidię inimicorum humani generis procul pellantur: & ſi quis Diabolicæ uerſutiæ eſt,aut maleficii, præſentię uirtute tuæ omnipotentię pęnitus diſpergatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum uiuit,& regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum amen.

℣ *Aſpergatur aqua benedicta:*

## APPLICABILE. 6.

℣ *Aquæ uulgata benedictio ad expellendas facturas, & fuganda maleficia de obſeſſis corporibus humanis.*

EXorcizo te aqua † per illũ qui te creauit, & qui in te baptizari voluit, qui in quatuor flumina de Paradiſo exire iuſſit, & totam terram irrigare præcepit. Exorcizo te † per illum, qui Naaman Syrum alepra mundauit. Exorcizo te † aqua per eum, qui te per ſuam poteſtatem in Chana Galileæ conuertit in uinum. Exorcizo te † per incarnationem filii Dei uiui, per natiuitatem circunciſionem, per baptiſmum, & ſanctum ieiunium eius, per paſſionem, mortem, & ſepulturã eius, per reſurrectionem, & aſcenſionem eius: per aduentum, & gratiam ſpiritus ſancti Paracliti; & per Beatam Virginem Mariam matrem domini noſtri Ieſu Chriſti, & per lac eiuſdem Virginis mariæ, & per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Nominationes, Principatus, & Poteſtates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin; per omnia Sacramenta Eccleſiæ; per Sanctum Ioannem Baptiſtam; Per omnes Sanctos Patriachas, & Prophetas, Apoſtolos, Martires, Innocentes, Confeſſores, Virgines, Viduas, & continentes dei, & per uirtutem omnium Sanctorum, & Sanctarum eius, & in uirtute Ieſu Chriſti deſtruas omne opus nefarium Diaboli, &

*mini-*

miniſtrorum eius omneſq; in cantationes ligaturus, faſcinationes, ſignaturas, factu ras arte diabolica factas, ſeu inuentas con tra famulum dei. N. ita ut ad nihilum re digatur,& ſicut diuina potentia expolia- uit infernum, ita expoliare ualeas illum ab omnibus facturis : & per te extinguã tur omnes ardores, calores & frigiditates, cęteręq; peſtilentiæ factæ, ſiue fiendæ cõ tra famulum dei. N. in omnibus facturis. Per eum, qui uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

## EXORCISMVS.

ITerum Exorcizo te aqua per deum † uiuum, per Deum † uerum, per Deũ † ſanctum , per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui fecit Cęlum,& terram, ma re,& omnia quę in eis ſunt: ut omnes uir tutes aduerſariis omnis exercitus Diaboli: omnis incurſus, & omne phantaſma ini- mici eradicentur, & effugiant a te ; ut ſis ſancta, ſalutifera, & ignis ardens aduer- ſus omnes inſidias inimici ut quicunq; te biberint, ſeu guſtauerint, ſis eis ſanitas, & medicina animę,& corporis, ut in uir- tute Sanctę Trinitatis effugiat omnis in

*firmi-*

firmitas,& omne opus nefarium Diaboli,potatione tui,ſeparetur, effugiat,& elõgetur. Per eum, qui uenturus eſt iudicare uiuos , & mortuos , & ſeculum per ignem. Amen .

Initiũ Sancti Euangelii. ſecundũ Ioannẽ.
In Principio erat uerbum. &c.

℣ *Et dicatur uſq; ad illud.*

Plenum gratiæ,& ueritatis.

ORATIO.

BEnedicat te † aqua Deus Pater omnipotens,qui te ſuo uerbo creauit, & det tibi ad omne malum,&maleficium uirtutem,ut quicunq; te deuotè ſumpſerit, & guſtauerit , liberetur ab omnibus maleficiis , incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis arte diabolica factis, et ab omni ſpiritu immundo, & per omnia ſancta nomina tua Domine Ieſu Chriſte,ſana cor, & oĩa membra huius famuli tui.N. & ipſũ libera ab oĩbº malis aĩæ & & corporis. Qui cum Patre,& ſpiritu Sancto viuis,& regnas in ſecula ſeculorum . Amen .

℣ *Hic*

¶ *Hic exufla ter in aquam dicendo.*

Exuflo te omnis legio Satanæ in nomine Pa † tris,& Fi † lii,& Spiritus † Sancti. Amen.

## EXORCISMVS.

EXxorcizo te creatura aquæ in nomine Pa † tris,& Fi † lii,& Spiritus † Sancti, ne ſis communis vlli Spiritui immundo, ad honorem Sanctiſsimæ atq; Indiuiduæ Trinitatis viuentis, ut quicunq; te deuotè biberint, & guſtauerint, omnis ſpiritus immundus cum omnibus facturis ſuis ab eis recedant.Itaq; exorcizo te creatura aquæ in nomine Ieſu Chriſti Nazareni filii Dei viui, Regis,& iudicis noſtri, vt ſis purgatio omnium maleficiorum, incantationum factarum huic creaturæ Dei.N.quam ipſe ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creauit,& ad baptiſmum, & gratiam ſuam uocare dignatus eſt. Te ergo inuoco domine Sancte pater omnipotens ęterne Deus,vt hanc aquam exorci † zare,& bene † dicere pro tua pieatte digneris, ut omnis immundus ſpiritus lo cum in ea amplius non habeant,ſed virtute Spiritus Sancti, omnes qui biberint ex

*ea re-*

ea, recipiant ſanitatem corporis, & animę,& ab omnibus ſpiritibus immundis, ac operibus eorum ſanentur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

## ORATIO.

DIgnare domine Ieſu Chriſte exorci† zare, bene † dicere,& ſancti † ficare aquam iſtam ad liberandum, & ſanandum famulum tuum N. ab omnibus maleficiis, incantationibus,ligaturis,ſignaturis,& facturis ſibi arte diabolica factis, ut ad nihilum redigantur. Et ſicut tua potentia infernum ſpoliaſti: ita eadem expoliare digneris ipſum famulum tuum. N. ab omni machinamento diabolica arte facto, qui redemiſti nos in manu forti, & brachio extento.Da domine Ieſu Chriſts, ut quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per te Ieſu Chriſte Saluator mundi. Amen.

## ORATIO.

TE igitur domine Ieſu Chriſte, qui es fons,& aqua ſalientium in uitam æternam, ſuppliciter exoramus, ut hanc aquam bene † dicere, & exorci† zare

*pro tua*

pro tua pietate digneris, in ſalutem, adiutorium, & liberationem famuli tui N. et ipſum tuere ab omnibus maleficiis, incantationibus, et illuſionibus dæmonum, et miniſtrorum eius; et ab ipſis potenter illum defendere per uirtutem tuã: de cuius latere fluxere ſanguis, et aqua, in remedium, et remiſſionem peccatorũ noſtrorum; ita nos domine famuli tui clæmentiam tuam, et nomen ſanctum tuum imploramus, ut quicunq; ex hac aqua biberint, et deuotè guſtauerint, abluantur ab omnibus ſordibus dæmonum, et reddantur ſuæ incolumitati, nec in eis in poſterum nocendi habeat potentiam aduerſa dæmonum, et Maleficiorum poteſtas. Qui Sanctus, et pius es, permanes in ſecula ſeculorum. Amen.

## APPLICABILE. 7.

¶ *Potio ad omne maleficium indifferenter ſoluendum, & Diabolum conterendum, eiuſq; benedictio.*

Rec. { Seminũ herbæ paris. dr. dimidiũ
Decoctionis boraginis. q̃ tũ ſuffi.

Miſce,

## DISPERSIO.

¶ *Miſce, & fiat potio mane capienda, iteratis vicibus, ſecundum ordinem.*

## BENEDICTIO POTIONIS.

V. Adiutorium noſtrum in nomine domini.

R. Qui fecit Cælum, et Terram.

## EXORCISMVS.

Eccl. 15.

EXorcizo te ſalutiferæ potionis cõmixtio præparata. Per dominum deum, quem timentes bona faciunt; ſicut, qui continens eſt iuſtitię eius, apprehendet illam, et obuiabit ei quaſi mater honorificata, et quaſi mulier a uirginitate ſuſcipiet illum. Cibabit illum pane uitæ, et intellectus, et aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum: ut ad effugandum de eo ualeas, cum omni Maleficio, diabolum, qui Sacratiſſimo fuerit ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti merito, redemptus, et ſacro eius baptiſmate in interiori homine renouatus: aliisq; ſibi debitis ſacramentis initiatus. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; qui uenturus eſt iudicare uiuos, et mortuos, et ſeculum per ignem. Amen.

V. domine

V. domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

DOmine dominus noſter; qui per vnigenitū filiū tuū unicū dominū noſtrū generationē iudeorū ſimilē pueris in foro ſedentibus ſimilem æſtimaſti; ſicut enim pueri coæqualibus pueris dicere conſueuerunt; cecinimus uobis, & non ſaltaſtis, lamentauimus uobis, & non planxiſtis; Ita cum ueniſſet Ioannes, non manducans, neq; bibens: Iudei dixerunt ipſi, Dæmonium habes: & cum filius hominis ueniſſet manducans, & bibens: de ipſo dixerunt; Ecce homo uorax, & potator vini, ſuppliciter per patientiam eius tuam depræcamur clementiam, ut bene † dicere, & ſancti † ficare digneris potionem cō mixtionis præſentis, ut quicumq; ex ea biberit, omni careat infeſtatione diabolicæ nequitiæ, & ab omni maleficio, cuiuſcumq; generis, quocumq; pacto parato, ſiue clauſulis firmato, liber exiſtat. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui potionem calicis ſanguinis ſui dedit diſcipulis ſuis ut ex eo biberent omnes. Et tecum uiuit, & regnat

*Matt.* 11.

*Mar.* 14.

gnat in unitate Spiritus Sancti, in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

## APPLICABILE. 8.

¶ *Ordo medicaminis ſecundum infraſcriptum modum contra effectum freneſis per maleficium, & opus diabolicum inductæ.*

¶ *In prima die inchoationis medicaminis pro Cliſtere.*

Rec. Aquæ fluminis. Furfuris triticerũ. Olei communis. Salis communis. — Ana quãtum ſufficit.

¶ *Secunda die pro Cliſtere parando.*

Rec. Aquæ fluminis. Maluæ. Marcorellæ. Parietariæ. Matrum violarum. — Ana quantum ſufficit. Olei communis. Salis. — Ter

¶ *Tertia die pro Cliſtere parando.*

Reci. Aquæ fluminis. Olei communis. Salis. Sapæ. Mellis. Ana quantum ſufficit.

¶ *Quarta die pro Cliſtere parando.*

Reci. Pulpæ Caſſiæ. Vnc. i.
Mitridatis. Dra. i.

Reci. Decoct. ebulorũ. Bugloſæ. Indiuiæ. Sapæ. Salis. Olei communis. Aquę fluminis. Mellis. Ana quantum ſufficit cũ duobꝰ ꝑdictis.

¶ *Quinta die pro pharmaco parando:*

℞. Succi polipodii q̃rcini recentis. parũ
Mellis roſati. Vnc. ij.
Ellettuarii de ſucco roſarũ. Drac. ij.
Diaphiniconis. Drac. i.

¶ *Hæc*

¶ *Hæc omnia miſceantur, & tepentia patienti propinẽtur, quando pro noctis dormitione ſtratum petit.*

¶ *Sexta die pro Vnguento parando.*

℞. { Succi radicum ebulorum. } Ana.
Butiri. } lib. i. s.

¶ *Et hæc duo igne ferueant, uſq; ad conſumptionem ferè ſucci.*

¶ *Quibus ita diſpoſitis.*

℞. { Olei camamilæ. / Olei roſati. / Olei Hypericonis. } Ana. Vnc. j.

¶ *Et hæc prædictis addantur; atque ad ignẽ, ſecundum artem, ad formam vnguenti redigantur: quo uexata perſona, eo tepente, a collo excluſiuè uſq; ad pedes per menſem, ſemel in die, inungatur.*

¶ *Tertia uero die unctionis, pro capitis patientis alleuiatione, Cauterium loco debito imprimatur.*

¶ *Omnia*

¶ *Omnia autem prædicta a prima die inclusiuè, usq; ad hanc ultimam, debitis uasculis parata, benedicantur benedictione sequenti.*

## BENEDICTIO PRAEDICTORVM.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te medicæ compositionis multiformis materia præparata per dominum Deum creatorem virtutis tuæ: qui per Sanctum Angelum suum Tobiæ seruo suo piscem ex enterari præcepit, & cor eius, & fel, & iecur recondi cum essent necessaria, & ad medicamenta vtiliter; ut uirtutem tuam naturalem retineas, & supernaturalem recipias, ad omnem virtutem Diabolicæ fraudis, & impetus humanę rationis usum impedientes, coercendos, non nostris præcentibus meritis, sed eiusdem Dei virtute occurrente, & pasione filii eius intercedente, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen. *Tob. 6.*

## DISPERSIO

### ORATIO.

DEus a quo de cælo eſt omnis expectanda medela, ſicut de terra eſt omnis creatio medicinæ, qui in plenitudine temporum, magnum de cælo miſiſti medicum, quia magnum in terra infirmum iacere noueras; multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, & benedicere †, & ſanctificare digneris hoc multiplex genus medicinæ compoſitum, ut quicunq; eo uſus fuerit, liberetur a vexatione diaboli, ex maleficio præcipuè illata: & ita illius nexus efficaciter diſſoluatur, vt eidē uſus redeat rationis, vnde affuiſſe dominum noſtrum Ieſum Chriſtum agnoſcentes, gaudeamus; Qui tecum viuit, & regnat in vnitate ſpiritus Sancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

## APPLICABILE 9.

9.

¶ *Vinum conditum uulgatum pro medicamento potandum, ad diſſoluendum maleficium, cuius effectus ſunt circa Ventriculum, & cor, cum ſua benedictione.*

*Vini*

℞. { Vini albi. Lib. j.
Turis Drag. v.

℞. { Elleborij albi. Perforati. Sacchari roſati. } ℈ terribili Ana. Drag. i. ſ. | efficatiæ ad morsu

¶ *Et omnia prædicta ad ignem uſq; ad medietatis conſumptionem bulliant, deinde tribus diebus interpollatis propinetur patienti, ſi opus erit, iudicio deſumpto ex uomitionis quantitate.* facit comment. ℈ terribilis, ad vers comen. ℈ medicam Sim. Cand.

BENEDICTIO VINI PRAEDICTI.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus Vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

DOmine Deus pater omnipotens, qui ſcis omnia antequàm fiant, bona, ue mala; & omnes cogitationes homium tibi manifeſtæ ſunt: tuam exoro piiſſimam clementiam, vt ab uniuerſis pec-

catis ſuis, & malis, ac maligni ſpiritibus his, famulus tuus. N. merratur liberari, ſed tu clementiſsime, piiſsime, atq; amantiſsime Deus oculos cordis eius illumina re digneris. Tu domine meditationem cordis eius tibi ſac placitam; amor tuus eius deſiderium inflammet; Exaudi pie domine præces ſeruorum tuorum clemẽtiſsime Deus, per inuocationem Sancti nominis tui, & per inuocationem omniũ Sanctorum tuorum, & per omnia Sancta tua nomina bene † dic, & ſanctifica in uirtute tua uinum iſtud, ut omnes ex ea guſtantes recipiant ſanitatem mentis, & corporis. Domine Deus Pater omnipotẽs, ne derelinquas ſeruum tuum. N. nec proiicias eum in tempore neceſsitatis, cum defecerit uirtus eius. Domine ſi fortè peccauit contra voluntatem, & mandata tua: & præcepta tua non cuſtodiuit, tamen non te negauit eſſe uerum Deum ſolum; peccauit. N. coram te, & Angelis tuis, cõtra omnes iuſtificationes tuas. Igitur per intercesſionem Beatiſsimæ Virginis Mariæ matris filii tui domini noſtri Ieſu Chriſti, ei parcere digneris; quia tu ſcis, quæ ei ſunt neceſſaria animæ, & corpori. Tu Domine dixiſti; Nolo mortem peccatoris, ſed

ris, ſed ut magis conuertatur,& uinat; & ſicut Chananeam, & Publicanum uocaſti ad pænitentiam : ita famulum tuum. N. ad pænitentiam uocare digneris, & ſicut Beatæ Mariæ Magdalenæ a te dimiſſa fue runt peccata multa propter pænitentiam, & contritionem eius : ita piisſime domine famulo tuo. N. per potentiam diuinitatis tuæ, ei parcere digneris . Domine Deus Pater omnipotens adeſto ſupplicationibus noſtris,& ſicut conuertiſti aquã in uinum in Chana Galileæ: ita bene † dicere, ſancti † ficare, & exorci † zare pro tua pietate digneris uinum iſtud, ut ſit remedium efficax contra omnem poteſtatem omnium inimicorum noſtrorum; ac etiam contra omnes facturas , quæ facte fuerunt, uel fient; & nullus ſpiritus malus cuiuſcumq; generis , aut conditionis exiſtat poſſit latere, uel diu permanere in quacumq; creatura, quæ guſtauerit , & deuotè ſumpſerit ex hoc uino benedicto. Rogamus ergo te domine ut benedi cendo bene † dicas,& ſanctificando ſanctifi † ces hoc uinum in honore omnium ſanctorum, & ſanctarum: totiuſq; cæleſtis curiæ, ut totaliter deſtruat omnem po teſtatem inimici, & ipſum inimicum tuũ

per potentiam tuam extinguere,& fugare ualeat; ac etiam contra omne impedimentum Satanæ ipſum vinum ſit remedium, ut quicumq; ex eo biberit, liberetur ab infirmitate ſua,& tecum ſaluetur; quia tu domine dixiſti omnis quicumq; inuocauerit me, exaudiam eum. Rogo ergo te domine Ieſu Chriſte per immenſam clementiam tuam,& per illud Sanctum dictum tuum, ut ſalues illum ne pereat; ſalua illum domine ad honorem tuum, & in nomine tuo ò Trinitas Beata fiat iſta benedictio, & ſuper uinum iſtud deſcendat, & ſit purgatio omnium maleficiorum; quæ in corpore uel extra corpus iſtud ſunt facta; & deſtruantur per virtutem tuam,& per virtutē iſtius uini, quod eſt benedictum, & ſanctificatum in tuo nomine Trinitas ſancta, & Indiuidua; audi, & exaudi præces ſeruorum tuorum. Et benedictum ſit nomen tuum in æternum,& in ſecula ſeculorum.

## ORATIO.

DOmine Sancte Pater omnipotens æternæ Deus, qui per filium tuum Vnigenitum Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,redimere dignatus es Mundum;

& ipſe benedictus filius tuus, ut memoriam ſui relinqueret nobis, corpus ſuum in ſpetie panis, & ſanguinem ſuum ſub ſpetie uini relinquere dignatus eſt. Quæſumus clementiam tuam, ut nobis miniſtris tuis benedicentibus uinum hoc in nomine tuo, & in nomine eiuſdem dilecti filii tui, & ſpiritus Sancti, & ipſum ſit remedium efficax ad ſalutem famuli tui. N. & præſta domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, per intercesſionem omnium Sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martirum, Confeſſorum, & Sanctarum Virginum, atq; continentium, & totius cæleſtis curię; Vt quicunq; ex eo biberint, & deuote guſtauerint, nullus malignus ſpiritus, nulla maleficia facta, uel fienda poſſint latitare, uel ſtare in aliqua parte corporis ſui; ſed mox ad laudem, & gloriam nominis tui, & ad honorem omniũ ſanctorum tuorum, ſi ſunt in corpore, ſtatim ſe manifeſtent, & exeant per uirtutem tuam: & ſi ſunt extra, confringantur tanquam ſi non eſſent. Da domine uirtutem nomini tuo, quod inuocamus ſuper hoc uinum per uirtutem domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum uiuit, & regnat in

gnat in unitate ⌣ eiuſdem ſpiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum ⌣. Amen ⌣.

## ORATIO.

DIgnare Domine Sancte Pater omni potens æterne Deus benedicere ⌣ † exorcizare †, & ſanctificare † uinum hoc per tuam clementisſimam bonitatem, vt oĩs qui in nomine tuo, & dilecti filii tui, & Spiritus Sancti ex eo biberit, & guſtauerit, mundetur ab omni maleficio Diabolico, & ab eo recedat omnis diabolica legio, omnis ſpiritus immundus, & omnis virtus Diaboli exterminetur, & poteſtas tua domine in virtute verborum tuorum præualeat, & in memoria admirabilis, & altisſimi ſacriſicii illius, qui ſe voluntariè obtulit Deo Patri Omnipotenti, bene † dicere, & ſancti † ficare vinum iſtud per memoriam ſacrificii Patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Ieſus Chriſtus dominus noſter. Qui tecum, & eodem Spiritu Sancto viuit, & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

## ORATIO.

DOmine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, adesto præcibus nostris, & piis famulorum tuorum labori nobisq; misericordiam tuam poscentibus. Descendat quæsumus domine Spiritus Sanctus tuus in hoc vinum, quod sub inuocatione Sancti nominis tui, & in honore Sanctæ Crucis, in qua coæternus tibi filius tuus dominus noster Iesus Christus pro redemptione mundi pati dignatus est; & in honore omnium Sanctorum tuorũ bene † dicimus, & exorci † zamus, vt omnes creaturæ, quæ vexatæ fuerint a spiritibus immundis, siue maleficiatæ quocunq; modo operibus Sathanæ, & ministrorum eius, & hoc uino biberint, sanentur, & saluetur atq; discedant ab eis omnia maleficia, incantationes, ligaturę, facturæ, & omne opus nefarium Diaboli, dexterę tuæ potentia confringantur. Nullusq; spiritus immundus, nulla phantasmata, nulla ars inimici possit contra famulos tuos habere virtutem: & non possit latere in illis, a quibus hoc uinum degustatum fuerit, sed confestim discedant a plasmate tuo, nunquàm reuersuri.

O bea-

O Beata, & Sancta manus Dei, quæ omnia ſanctificas, omnia benedicis, omnia locupletas; O beata, Sancta, & benedicta Trinitas; quæ omnia purificas, omnia mũdas, omnia prę ornes; ò beata maieſtas, quæ cuncta continẽs, cuncta reples, cunctaq; diſponis. O Sancte Sanctorũ Deus tuam clementiam humillima deuotione, depoſcimus, vt hoc vinum per noſtræ humilitatis famulatum in honore victorioſiſſimi nominis tui puri † ficare, bene † dicere, exorci † zare, & ſancti † ficare digneris. Per hoc ergo vinum quæſumus domine gratia Spiritus Sancti exorcizatum, ægroti ſanentur; Infirmi curentur, dæmones eiiciantur: cunctorumq; maleficio proprietate expellantur; & omnes dęmoniaci, & maleficiati, qui ex hoc uino biberint, & deuotè guſtauerint, ſanitate mentis, & corporis conceſſa, miſericordiam quam præcantur, perpetuò miſerationis tuæ munere glorientur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta in modum crucis.*

## APPLICABILE. 10.

¶ *Oleum potabile cum iure ad expellendas omnes facturas, quarum nociui effectus fiunt circa uentrem: eiuſq; benedictio uulgata.*

In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † Sancti Amen.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

V. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter.

℟. Et propter gloriam nomini tui libera nos.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos.

R. Quemadmodum ſperauimus in te.

Exor-

## DISPERSIO.

### EXORCISMVS.

EXorcizo te immundisſime ſpiritus, omnis incurſus Satanæ, & phantaſma, in nomine Dei Pa † tris, in nomine Dei Fi † lii, in nomine Dei Spiritus † San cti, ut recedas ab hoc oleo, ut poſsit effici potatio ſpiritualis ad ſanandum infirmos: ut in eis poſsit habitare Spiritus Sanctus per nomen Dei patris per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti dilectisſimi filii eius, Qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

### ORATIO.

EMitte domine ſeptiformem Spiritū Sanctum de Cælis in hanc pinguedinem oliuæ, quam de uirido ligno producere dignatus es ad refectionem mentis, & corporis, ut tua benedictione ſit ſemper tangenti tutamentum mentis, & corporis, ad euacuandos omnes humores melancolicos, omnes dolores, omnes infirmitates: omneſq; egritudines mentis, & corporis, vnde unxiſti Reges, Prophetas, & Martires unctione ſancta tua perfecta. Domine abs te oſtende nobis, ut benedictum permaneat in uiſceribus fa-

mulo-

mulorum tuorum; in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum uiuit, & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Hic sacerdos habeat vexillum sanctæ crucis in manibus suis quod cum adiuncto de monte huc modo

Adiuro te, ò Satana, & omnes malignos ſpiritus per nomen Dei viui † & veri, † & ſancti, per nomen, & merita Virginis Mariæ, per poteſtatem omnium ſpirituũ cæleſtium; & nouem ordines cęleſtes, in maledictionem, & confuſionem, & augmentum pęnarum tuarum in centuplum, de die in diem, vſque ad vltimum tremendum diem finalis iudicii augmentandam, ſi nunc non recedas maledicte Satana ab hoc famulo Dei. N. per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

Iterum coniuro te ò Satana, quòd non requieſcas, neque ceſſes à labore cõtinuo de loco, in quo es, pęnitus remouere ab officio, & ſocietate damnata cuiuſcunque Principatus, & tuam, & omnem malignam faſcinationem ab hac creatura Dei. N. facturas, infirmitates, & dolores animæ, & corporis, per verba coniurationis prędictæ, maledicte Satana ſit nomen, & opus tuum confuſum, & maledictum in æternum: & vltra à Deo omnipotente, & à

me per

me per poteſtatē mihi traditam ſuper te, non ſolùm in baptiſmate,& aliis ſacramē tis; ſed etiam per adminiſtrationem veri corporis, & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti,mihi per auctoritatem Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli conceſſam : Et ſi fueritis rebelles,& contumaces, & mihi inobedientes,coniuro contra re , & contra vos omnes ſpiritus infernales, qui uos nepharios ſpiritus cum feſtinatione, quatenus per virtutem illius nominis, qđ Moiſi nominauit , & tunc abſorpti fuerunt à cauernis Abiſi Dathan,& Abyrō; & in virtute illius nominis uſque in profundum abiſi,vſque ad vltimum diē vos veligent.Amen.

## Sequentia ſancti Euangelii ſecundùm Marcum.

IN illo tempore.Recumbentibus vndecim Diſcipulis apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem eorum,& duriciam cordis; quia his qui viderant eum reſurrexiſſe,non crediderunt.Et dixit eis. Euntes in Mundum vniuerſum, predicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit,ſaluus erit . Qui verò nō crediderit condemnabitur.Signa

autem

autem eos, Qui crediderint, hæc ſequẽtur. In nomine meo dæmonia eiicient; Linguis loquentur nouis. Serpentes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et dominus quidem Ieſus, poſtquàm loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Illi autẽ profecti prędicauerunt vbiq; , domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

℟. Laus tibi Chriſte.

## ADIVRATIO.

ADiuro etiam uos † omnes immundos Spiritus, per eum qui erat, qui eſt, & qui venturus eſt, qui creauit, & redemit nos ſuo ſanguine: per crucem mortem, ſepulturam, & reſurrectionem ſuã: qui hìc præſens, & vbiq; eſt; qui dixit: Vbi fuerint duo, uel tres in nomine meo congregati, ibi in medio eorum ego ſum; & per nomen eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt hinc ſtatim recedatis cum maleficiis, & facturis ueſtris, nunquàm redituri. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † Sancti. Amen.

## DISPERSIO

V. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum,& terram.

V. Exurge Chriſte adiuua nos.

R. Et libera nos propter nomen tuũ.

## ORATIO.

O Poteſtas immenſa,ò Trinitas Indiuidua, æterne Spiritus Sancte, te omnes Chriſticolæ exoramus, ut potentiam, & miſericordiam tuam ſuper hanc creaturam tuam. N. porrigas,& ab omni Spiritu immundo tua pietate liberare digneris. Qui uiuis,& regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Benedicat te creatura olei † Imperialis Maieſtas; protegat te † regalis diuinitas; defendat te † immenſa Trinitas; foueat te † glorioſa vnitas;dirigat te † ineſtimabilis bonitas; regat te † potentia Dei Patris; viuificet te † ſapientia Dei Filii; deducat te † Virtus Spiritus Sancti; Alpha, & Omega. Deus Sabbaoth ſit iſta inuocatio, vt det tibi ad omne malum, uirtutem. Crux † Chriſti ſaluet te; Duodecim Apoſtoli te † cuſtodiant; Sancti Martires te † adiuuent; Sancti Confeſſores te † benedicant; omnes Sancti Sacerdotes ne

ui, &

ai,& ueteris teſtamenti te exorci † zent, & ſancti † ficent; Sancti Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus, & Poteſtates, Virtutes Cælorum, Cherubin, & Seraphin te † defendant; Virtuoſus Deus Trinus & unus te † benedicat,& det tibi, ad omne malum, & ad omnes facturas, & maleficia, uirtutem, ut per te poſſim deſtruere, eradicare, & euellere de animabus, & corporibus humanis omnia maleficia, omnes incantationes, ligationes, facturas, & omne opus nepharium Diaboli. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ *Hìc ſequitur benedictio olei.* ad bibendū, & ad ungendū facturatus.

V. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum,& terram,& omnia, quæ in eis ſunt.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura olei per Deum † uiuum, per Deum † uerum, per Deum † Sanctum: ut omnis uirtus aduerſarii, omnis exercitus Diaboli, omniſq; incurſio, & omne phantaſma Satanę eradi-

cetur a te, ut fias omnibus, qui te sumpserint, medicina ad expellendas omnes facturas, & fuganda omnia maleficia Satanæ, & ministrorum eius; & ipsum inimicum expellere cum omnibus maleficiis; incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis ualeas. In nomine Pa † tris omnipotentis, in charitate Iesu † Christi domini nostri filii eius; qui viuit, & regnat cum Sancto Spiritu Deus per omnia secula seculorum. Amen.

V. Dominus Vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

## ORATIO.

CReaturarum Deus omnium, & domine creator, qui per Moisem famulum tuum, permixtis herbis aromatum fieri præcepisti sanctificationem unguenti: clementiam tuam suppliciter deposcimus; ut huic oleo, quod oliua, te iubente produxit, spiritualem gratiam largiendo, plenitudine sancti † ficationis infundas; sit domine fuga Dæmonum, ac omnium maleficiorum, incantationum, ligationum, facturarum, ac omnium operum Satanæ exterminatio; & præsta no

bis do-

bis domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus; ut quicunq; ex hoc oleo biberint, & deuotè unxerint, sit eis perfecta medicina contra omnes diabolicas machinationes, facturas ligationes, ac malignos spiritus. Per dominum nostrum Iesum Christum, qui lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † Sancti. Amen.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura olei in nomine Pa † tris, & Fi † lii & Spiritus † Sancti; ut per hanc inuocationem individuæ Trinitatis, ac unius uirtute Deitatis, omnis nequissima uirtus aduersarii: omnis inueterata malitia Diaboli; omnis uiolenta incursio; omne confusum, & cecum phantasma eradicetur, fugetur, & discedat ab hoc oleo; ut omnes, qui ex eo biberint, & deuotè unxerint, fiat sanitas super eos ab omni maleficio diabolico, ut non possit latere ulla malignorum spirituum nequitia. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto uiuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

ungo partes quamdiu opus uel x. dies
in his locis: ad occulos. DISPERSIO.
ad frontē, ad nares. in pectore,
ad aures, ad pulsus manuū
ad manus, ad pul-
sus pedū & ad pedes,
& ingredo singula
loca dicas sequen-
tia uerba.

Ego ungo te N
hoc oleo benedicto,
& pia ūctione ab
omno te † ab oīb⁹
maleficijs, incātatio-
nib⁹, ligaturis, si-
gnaturis, & fictu-
ris tibi arte dia
bolica fictis. in
nōe. patris †. & fi-
lij †. & spūs †. sc̄i
amē.

# ORATIO.

DEus omnipotens sanctificationum dominator, cuius pietas sine fine sentitur. Deus qui cælestia simul, & terrena moderaris,& complecteris; seruans misericordiam tuam populo tuo ambulanti ante conspectum gloriæ tuæ. Exaudi pie domine præces seruorum tuorū: & copiosa tua benedictio descendat in hoc oleum in honore nominis tui,& uictorioseꝙ Crucis † tuæ: & in honore sanctorum omnium,& sanctarum totius cæleſtis curiæ. Tu ò clementissime pater sancti † fica,& miserator illustra proprio splendore clarifica, ut omnis, qui de-uotē biberit, & unxerit, ab omnibus spiritibus immundis, ac operibus eorum sanetur, & saluetur propter nomen tuū magnum, & manum tuam fortem, & brachium tuum excelsum. Et tu Deus altissime libenter protege,& dignāter libera eos ab omnibus spiritibus immundis, maleficiis, in cantationibus,signaturis, facturis, & ab omni opere Satanę liberare dignetis propter nomen tuum magnū & admirabile:& liberatos æterna redemptione;conserua, ut semper fælices,sem

perq;

perq; in tua gratia lætãtes, cõstãter in istã confessionem Trinitatis in fide catholica perseuerent. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Aspergatur aqua benedicta.*

## APPLICABILE II.

¶ *Remedium leniter uomitionem inducẽs pro materialibus instrumentis maleficialibus emittendis; eiusq; benedictio.*

Recipe { Iuris / Oximelis simpl. / Aceti, parum. } Lib. 1. Vnc. iii.

¶ *Misce, & fiat potio secundum artem.*

## BENEDICTIO PRAEDICTI Vomitorii.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit. Cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

EXorcizo te commixtio præsens naturali virtute tua uomitionem inducens. Per Deum Omnipotentem creatorem uirtutis tnæ: qui pisci grandi tribus diebus, & tribus noctibus Ionam Prophetam in uentre continenti, dum ipse clamaret ad Dominum, mandauit, ut eundem euomeret super terram ad prædicandum Niniuitibus populis, ut ab eodem conditore tuo desuper uenientem uirtutem recipias, ut quicunq; sumptione tui uomitionem procurauerit, & adeptus fuerit, materialia quoq; cuiuscunq; Maleficii instrumenta, emittere ualeat ad mirabilem uirtutem Dei declarãdam, & Domini nostri Iesu Christi laudem debitam nunciandam. Per eundem dominum nostrum, qui uenturus est iudicare uiuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te ueniat.

Oratio

## ORATIO

DOmine Deus Omnipotens, qui Ioanni ſeruo tuo Angelo Laodicię Eccleſiæ hęc uerba ſcribere præcepiſti; Hæc dicit Amen. teſtis fidelis, & uerus, qui eſt principium creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus; Vtinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Adeſto piis ſupplicationibus noſtris, & benedicere † & ſanctificare † digneris commixtionem præſentem ad uomitionem tiendam paratam, talemq; in eam uirtutē infundere, ut quicunq; eandem ſuſceperit, ab omni maleficio liber, & a maleficialibus inſtrumentis materialibus uacuus exiſtat: ita ut ab omni infeſtatione pęnitus liberetur, & in te domino Deo ſuo ſemper lætetur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum Amen.

℣ *Aſpergatur aqua benedicta.*

## APPLICABILE. 12.

¶ *Remedium uehementer effectiuum uomitionis pro materialibus instrumentis maleficialibus emittendis.*

℞. { Succi Raphani. Vnc.iij.
Olei communis. Vnc.j.

¶ *Misce, & fiat potio secundùm artem.*

¶ *Benedictio autem huius Vomitorii sit illa eadem, quæ pro alio Vomitorio, immediatè huic superpositio, fuit.*

## APPLICABILE. 13.

¶ *Modus uulgatus destruendi materialia instrumenta maleficii è corpore obsessi per uomitionem, siue ex lectisterniis, aut aliunde selecta.*

¶ *Benedictio ignis ad comburenda instrumenta maleficialia.*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum, & terram.

## ORATIO.

BEne † dicat te creatura ignis, qui creauit te; qui famulo ſuo Moiſi apparuit in igne flammæ rubi; qui in columna ignis per noctis tenebras ſuum populum antecesſit in deſertum: qui iudicaturus orbem, te iudicis faciem præire iubebit; qui te ſuæ iuſtitiæ inſtrumentum in ſpiritus contumaces delegit: ut qui tres pueros maieſtatis ſuæ cultores, in te ſeruauit illæſos, etiam per te excrucier,& explodat omnes ſpiritus apoſtaticos. Bene † dico te, & exor † cizo, atq; coniu † ro te creatura ignis,& per illum, qui facit orbem tremere, & qui omnia poteſt, ut aduerſus infernales prædones ſis mihi adiutorium eos in uirtute Dei,& domini noſtri Ieſu Chriſti affligens, excrucians, & exurens plus centuplo,quàm gehenna ſulphurea; ut abs te ſentiant pænas importabiles:quæ per ſingula momenta ſuæ protenę obſtinationis ſuſcipiant incrementa. Per eum, qui venturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen

Ora-

## DISPERSIO.

### ORATIO.

ADonay magne,& admirabilis, qui vniuersa de nihilo tua potenti virtute creasti: & qui huius mundi corporeis ælementis, tantam adeò potes communicare uirtutem, nt non solùm inuisibiles spiritus pro sua temeritate perpetuò excrucient,uerùm etiam,ut possint transubstantiare naturas; obsecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem, ut huic tuæ creaturæ, eam uirtutem conferre tua benignitate digneris, quæ malignis spiritus, non solùm infernalium pænarum amarum recordationem efficiat,uerùm etiam eos pro sua in te, & in nos ministros tuos contumacia excruciet,exterminet,& expellat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in secula seculorum.Amen.

¶ *Deinde aspergatur aqua benedicta: quo facto proiice instrumenta maleficialia in ignem dicendo psalmum.*

Exurgat Deus, &c. 37. dispsw.

¶ *Quære supra in hac secũda parte huius practicæ,*

*Ricæ, ſectione prima, applicabili 21. pa. 37.*

## APPLICABILE. 14.

¶ *Ptiſana, ſiue uulgò orzata, ad uirtuosè corroborandum uentriculum, á maleficialium inſtrumentorum uomitione feſſum; eiusq; benedictio.*

¶ *Recipe ptiſanæ ordeaceæ, quantum ſufficit, & patienti detur, tum propter ventriculum corroborandum, tum propter deterſionem eius, à reliquiis infectionis ex commotione uomitionis exortæ.*

### BENEDITCIO PTISANAE.

Præcedentis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælnm, & terram.

### EXORCISMVS.

EXorcizo te condimentum preſentis medicaminis corroboratiuum ventriculi per Deum Omnipotentem, qui non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis; quoniam ſecundum *Pſal. 102.*

*Altitudi-*

altitudinem Cæli a terra corroborauit, miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe; ut quemadmodum diſtat ortus ab occidente, ita a te omnibus aſſiſtentia, & præſentia, & operatio diabolica, diuina adueniente uirtute pellatur, ad omne robur mentis, & corporis illi pręſtandum, qui poſt uomitionem quatientem ex te ſalubri expectat poculo recreari, & in ſtabilitate firmari, ad omne maleficium ſemper procul repellendnm, & per eum, qui uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam:
℟. Et clamor meus ad te ueniat.

## ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Pater domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cęlis, & in terra nominatur, ſuppliciter depręcamur diuinã clementiã tuam, ut benedicere † & ſanctificare ✠ digneris cõdimentũ pręſens, Vẽtriculi roboratiuũ, & naturali ſua uirtute firmatiuum; Et des illi, qui eodẽ credit ſumptione in exteriori homine recreari, plenam ſui optati finis adeptionem, & de-

*ſtructionis*

ſtructionis maleficii confirmationem, atq; ſecundùm diuitias gloriæ tuæ virtutem corroborari per ſpiritum tuum in interiori homine: vt ſit tibi, qui potens omnia facere ſuperabundanter, quam petimus, aut intelligimus, ſecundum uirtutem, quę operatur in nobis, gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Amen. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ qui tecum, & Spiritu Sancto viuit, & regnat nunc, & in perpetuum. Amen. *Epht.* 3.

¶ *Aſpergatur aqua benedicta.*

---

## APPLICABILE. 15

15

¶ *Conſerua uirtuoſius corroboratiua Ventriculi à maleficialium inſtrumentorum materialium uomitione feſſi.*

℞. Conſeruæ. { Foliorũ boraginis. / Foliorũ roriſmarini. / Betonicæ. / Abſinthij. / Sacchari roſ. antiq. } Ana Drac. j.

*Huius*

¶ *Huius conſeruæ benedictio ſit illa eadem, quæ diſpoſita fuit pro benedictione ptiſanæ immediatè præcedentis.*

FINIS.

Index

# INDEX. I.
## PRINCIPALIVM
## PARTIVM DISPERSIONIS
Dæmonum ſecundum ordinem ipſarum.

In Præfatione.

QVod in mundo Malefici verè ſint Pag. 2.
Quod a Maleficis verè, & realiter Maleficia fiant. 3.
Quod per Maleficia Diabolus humana corpora ingrediatur. 4.
Quomodo cognoſcatur an aliqua perſona ſit a Dæmone per Maleficium obſeſſa. 5.
Quomodo poſſint, & debeant liberari per Maleficium obſeſſi. 6.
Quod licitum ſit quibuſdam Remediis naturalibus Maleficio contraire. 8.
De Remediis Maleficiatis extrinſecus

applicandis. 9.
De Remediis a Maleficiatis ore ſumendis. 10.
Quod Medicorum arbitrio Remedia obſeſſis applicãda relinquantur. 11.
Quomodo cognoſcatur a Maleficio liberatus. 12.

In prima ſectione.

SAlis ab obſeſſo ſuper ſe ferendi benedictio pro liberatione ab incurſu Diabolico & Malefico. 14.
Auri, Thuris, & Mirrhæ ſuper ſe ferendæ benedictio, quæ in Epiphania domini conſueuit fieri, contra omnia nocumenta Diabolica, & Malefica. 15.
Scillæ (quæ planta eſt) ſuper ſe deferendę benedictio, ad ſecuritatem ab inſultis Maleficis, & Diabolicis obtinendum. 18.
Chartæ benedictio pro Breuibus conſcribendis, & ſacris rebus, a collo in pectore pendentibus gerendis, ad fugandum Diabolum, & Maleficiũ deſtruendum. 19.
Alia benedictio vulgata Chartæ, in qua debent ſcribi Breuia appendenda

collo

collo uexati, uel ſecum deferenda. 20.

Breue Sancti Antonii Confeſſoris de Padua, in ſinu pro liberatione a Diabolicis infeſtationibus, & illuſionibus, portandum. 21.

Breue ad collum portandum pro liberatione Dæmoniaci. 21.

Breue a collo in pectore pendens portandum, pro liberatione a Diaboli cis vexationibus. 22.

Incenſi benedictio, portandi, & olfaciẽdi, pro Diabolica quacumque inuaſione abolenda. 22.

Incenſi alia vulgata benedictio, ad profumigandum Dęmoniacos. 23.

Incenſi alia benedictio, ad idem, e Sacerdotali deſſumpta. 23.

Seminum Ipericonis ſuper ſe deferendorũ benedictio, ad Maleficium infirmandum, & Diabolum coarctandum. 24.

Rutæ ſup ſe portandæ, & olfaciẽdę, benedictio ad omnẽ inuaſionẽ Diabolicam, & Maleficam repellendã. 25.

Rutæ alia benedictio vulgata. 26.

Profumigatio horribilis, eiuſq; vulgata benedictio, ad expellendum Dia-

bolum, & Maleficium ſoluendum. 27.

Suffumigium, eiuſq; benedictio, ad expellendum Dæmones, & Maleficia comminuenda. 29.

Suffumigium ad Maleficia comminuenda, & Dæmones expellendum. 30.

Olei oliuarum benedictio, pro *M*aleficio unctione diſſoluendo, & Diabolo propulſando, cum modo vngendi patientes ex ipſo. 30.

Oleum conficiendum ad vngendum Maleficiatos, eiuſq; vulgata benedictio, & uſus. 32.

Aquæ benedictio comunis, ad fugandum Diabolum, & aduerſa tollendum. 33.

Aqua quæ in feſto Epiphaniæ Domini conſueuit in Eccleſiis ſolemniter benedici, habeatur quoque ad Diabolum fugandum, Diabolicaq; tollendum, & ideo pro huiuſmodi vſu pie ſeruetur, uel priuate benedicatur debita benedictione ſequenti, è Sacerdotali deſſumpta. 35.

Balneum pro maleficiata perſona abluenda, eiuſq; benedictio, ad Maleficia

*exter-*

exterminanda, & Dæmones abdicandos. 53.

In ſecunda ſectione.

OLei benedictio ad cibos condiendum, è Sacerdotali deſſumpta. 55.
Panis ad comedendum benedictio, contra Diaboli nequitiam, & Maleficiorum turbinem. 56.
Carnis Aedi benedictio pro obſeſſi nutrimento, atq; Maleficii, & Dæmonis detrimento. 57.
Vini benedictio pro Maleficis nutriendis,& Maleficiis, Diaboliciſq; quibuſcumque infeſtationibus deſtruẽdis. 58.
Aquæ benedictio pro obſeſſis potandis,quando ex decreto Medicorum, vinum ipſis interdicitur, contra Maleficia, Diabolumq; 59.
Aquæ vulgata benedictio, ad facturas expellendas, & fuganda Maleficia de humanis obſeſſis corporibus. 60.
Potio ad omne Maleficium indifferenter ſoluendum,& Diabolum conterendum,eiuſq; benedictio. 63.
Ordo medicaminis ſecundum infraſcriptum modum, contra effectum

freneſis, per Maleficiũ & opus Diabolicum inductæ. 64.

Vinum conditum vulgatum, pro medicamento potandum, ad diſſoluendum Maleficium, cuius effectus sũt circa Ventriculum, & Cor, eiuſq; benedictio. 67.

Oleum potabile cum Iure, ad expellendas omnes facturas, quarum nociui effectus fiunt circa ventrem, eiuſq; benedictio vulgata. 71.

Remedium leniter vomitionem inducens pro materialibus inſtrumentis maleficialibus emittendis. 76.

Remedium vehementer effectiuum vomitionis pro materialibus inſtrumentis maleficialibus emittendis. 78.

Modus vulgatus deſtruendi materialia inſtrumenta Maleficii, e corpore obſeſſi per vomitionem, ſiue ex lectiſterniis, aut aliunde ſelecta. 78.

Ptiſana, ſiue vulgò Orzata, ad virtuoſe corroborandum Ventriculum a maleficialium inſtrumentorum vomitione feſſum, eiuſq; benedictio. 79.

*Conſer-*

Conſerua virtuoſius corroboratiua Ventriculi a maleficialium inſtrumentorum materialium uomitione feſſi. 80.

# INDEX II.

## NOTABILIVM PRO EXORCISTIS.


ANgelus bonus quomodo possit Maleficia dissoluere. In Præfat. Cap. 5. Pag. 7.

Animaduertendum de signis ad cognoscendum a Dæmone obsessum. In Præfat. Cap. 4. Pag. 5.

Animam Diabolus substantialiter non penetrat. In Præfat. Cap. 3. Pag. 4.

Authoritates dicentes Maleficia fieri. In præfat. Cap. 1. Pag. 2.

Colerici signa. In Præfat. Ca. 9. Pa. 11.

Corpora humana Diabolus substantialiter penetrando, possidet. In Præfat. Cap. 3. Pag. 4.

Deus, angelus bonus, & malus, & Exorcista possunt. Maleficia destruere. In præfat. Cap. 5. Pag. 7.


Docto-

Doctorum multorum loca, dicentium Maleficia fieri. In Præfat. Cap. 2. Pag. 3.

Doctorum multorum testimonia dicentia Maleficos esse. In Præfat. Cap. 1. Pag. 2. & 3.

Exemplum alicuius a Dæmone per Maleficium obsessi. In Præfat. Cap. 3. Pag. 5.

Exorcista quomodo potest Maleficia destruere. In Præfat. Cap. 5. pag. 7.

Externius apparent signa Maleficiati. In Præfat. Cap. 4. Pag. 6.

Flegmatici signa. In Præfat. Cap. 9. Pag. 11.

Illicita in solutione Maleficii que censeantur. In Præfat. cap. 5. Pag. 7.

Interius sentiuntur ab obsessis signa Maleficii. In Præfat. cap. 4. Pag. 6.

Liberationis a Maleficio signa. In Præfat. Cap. 10. Pag. 12.

Licere naturalibus aliquibus materialibus Maleficia dissolui, authoritatibus comprobatur. In Præfat. Cap. 6 Pag. 8.

Magicæ artis inuentor quis fuerit. In Præfat. Cap. 1. Pag. 2.

Maleficiorum nutu Diabolus huma-

na corpora ingreditur. In Præfat. Cap. 3. Pag. 4.
Maleficos esse multorum testimonio cõ probatur. In Præfat. cap. 1. pag. 2.
Medicamenta pro Maleficiatis, que, & quot sint. in præfat. cap. 8. pag. 10.
Melancolici signa. In Præfat. Cap. 9. pag. 12.
Naturalia materialia quomodo Diabolo aduersentur. In præfat. Cap. 6. pag. 8.
Nutrientia pro Maleficiatis, quæ, & quot sint. In Præfat. Cap. 8. pag. x.
Portanda a Maleficiatis super seipsis quot sint. In Præfat. Cap. 7. pag. 9.
Posse maleficia dissoluere quorum sit. In Præfat. Cap. 5. pag. 6.
Quibus debeant maleficia dissolui. in Præfat. cap. 5. pag. 7.
Referuntur ad sensus multa, contra maleficia. In Præfat. cap. 7. pag. 9.
Sacræ scripturæ loca dicentia maleficia, fieri, in præfat. cap. 2. pag. 3.
Sanguinei signa. In Præfa. Cap. 9. pa. 12
Scripturæ sacræ loca approbantia maleficos esse. In Præfat. cap. 1. pag. 2.
Signa duplicia ad cognoscendum obsessum per maleficium. In Præfat.

cap.

cap. 4. Pag. 6.
Signa duplicia ad obſeſſum a Dæmone cognoſcendum. In Præfat. cap. 4. Pag. 5.
Subſtantialiter Diabolus quomodo hominem inhabitet. in præfat. cap. 3. pag. 4.
Tria ſunt ſigna liberationis a maleficio. in Præfat. cap. x. pag. xii.

Index

# INDEX. III.

## AVTHORVM, quorum ſententie

IN HOC OPERE Conferuntur.


Albertus Magnus.
Athanaſius.
Auguſtinus Epiſco.
Azon.
Beda Præsbit.
Daniel Propheta.
Dauid Propheta.
Ezechiel Propheta.
Gregorius Papa.
Gulielmus Pariſienſis.
Henricus Inſtitutor.
Hieremias Propheta.
Hieronymus Presb.
Hoſtienſis.


*Iacobus*

AV. THORVM.

Iacobus Sprenger.
Ioan. Apoſt. & Euang.
Ioannes Duns Scotus.
Ioannes Nider.
Iſaias Proph.
Iſidorus.
Iudith lib.
Lucas Euang.
Malachias Propheta.
Marcus Euang.
Matheus Euang.
Micheas Prophe.
Moiſes Proph.
Naum Proph.
Nicolaus de Lira.
Paralipom. Lib
Paulus Aoſt.
Paulus Burdegalenſis.
Paulus Ghirlandus.
Petr. Lomb. Mag. ſent.
Salomon.
Samuel, &. lib. Reg.
Silueſter Prierius.
Thobiæ Lib.

FINIS.

ab exorat. 137
agatio, spirit 151
maledictio 152

aplicabile 15. am
aplicabile. carte ben
dicte ig. 20.
jesus nazarenus 21
benedictio 25
nfusionis 29.
Olei potabile 71
Olei ben dic. 31. 32
aque bened. 33
ag Epipha. 35
Bitmen 83
Olei bene. 55.
panis ben. 56.
Vini ben. 58.
g ben. 59. 60.
otio. 63.
ng christe 63.
Aplicabile p maleficiatis. 67. Vin

# PATAVII,

Apud Paulum Meietum.

M.D.LXXXVII.

Aqua benedicta 33

Aqua Epipha
nie. &c. 35

olei potabile. 71

Vomitoria. 76, 78

benedictio ignis. 78

Cum Superiorum Licentia.

Salis benedictio. 34. 44.

Eleboro 14 67

Benedictio ignis ad cōburendū 70.

Exurgat deus. Psal. 37. q habetur 30.

Balneū q maleficiatis 53.

Brene s. Antonij ? [illegible]

[illegible] actio p. plane [illegible] 149.

Domus a demonib? vexata q̄m celebr. 163.

Olei benedictio 31. 55. ad cibos cōdiēdos

Oleū cōficiēdū ad ungūenta. 32. 31.

Benedictio Rute. 25. 26.

Oleū potabile 72. 55. ad cibos cōdiēdos 55

Reputatio tēperatū. 172.

Carte benedictio. 14.

Salis Benedictio. 34 [illegible] 14

Elebori albi 2 c 67

Liganimū fracti 2 c 20. 20.

phantasma ——— 31. 33.

Vmbra ——— 40.